Συν τῳ Θεῳ

DISPUTATIO INAUGURALIS

De

EXCEPTIONIBUS

Quam

Ex Decreto atq; Autoritate Nobilissimi JCtorum Ordinis in Almâ Leucoreâ

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILIS, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI, EXCELLENTISSIMI

DN. CHRISTIANI TAUBMANNI, J.U.D. & PP. Curiæ Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessoris & p. t. Decani, Dn. Præceptoris & Promotoris ætatem devenerandi,

PRO LICENTIA

Summos in utroq; Jure Honores atq; Privilegia ritè capessendi,

in Auditorio Majori

ad d. Aprilis,

horis ante & pomeridianis

Publico examini sistit

SAMUEL Ritter/ Hall. Saxo.

WITTEBERGÆ

Excudebat JOHANNES RÖHNERUS, Acad. Typogr.

ANNO M DC XLVIII.

Σὺν τῷ Θεῷ.

ANtequam ad ipſam Exceptionum materiam, ſecundum methodum à pleriſq; hactenus obſervatam, progreſſum faciam, operæ pretium fore exiſtimo, ut paucisſima quædam de notatione & interpretatione verbi, *Exceptio*, juxtà mentem Ulpiani JCti, in *l.1.ff.de juſt. & jur.* referantur.

Theſ. I.

Exceptio autem ab excipiendo dicitur (*a*) & varia ejus in jure noſtro Synonima inveniuntur. (*b*).

(*a*). Exceptionis vocabulum varias recipit ſignificationes. Interdum enim accipere, arripere, complecti, ſignificat, ut literis, hoſpitio, gratiâ excipere, mandata, ſententias, dolores, moleſtias excipere, & id genus alia, quæ omnia *Cicero* variis in locis operosè cumulat. & hæc quidem ἐν πλάτει. κατ' ἀκρίβειαν autem *Excipere* inter alia denotat excludere vel eximere aliquid de numero *l.2.ff. h.t. Weſenbec. ibid. n.2.* hinc defenſiones reorum, quibus excluditur intentio agentis, & à regulâ ac ratione quâ fundata actio, excipitur caſus de quo agitur, ita ut æquum non ſit, in eo regulam obtinere, *exceptiones* dictæ ſunt. Propriè ergo *Exceptiones* dicuntur, quæ non negant, actionem jure ſubſiſtere, ſed eſſe iniquam adverſus eum cum quo agitur, demonſtrant. *pr.I.h.t.* Unde qui ſimpliciter negat factum, quod proponit Actor, excipere minimè dicendus eſt. Exceptionis enim merè negantis nulla eſt probatio. Exceptio vero à reo probanda eſt. *arg.l.1.ff.h.t.Hillig.ad Don.lib.22.comm.c.1.lit.b.*

(*b*). Vocantur Exceptiones in jure noſtro præſcriptiones *l.11.l.23.ff. h.t.l.2.C.de prec. Imper.offerend.l.9.ff.de tranſact.l.8.C.de except.* quod autem *præſcriptiones* nihil aliud ſint quam Exceptiones, hinc facilè intelligitur, quod quæ uſitatè dicuntur Exceptiones, eædem dicuntur quoq; præſcriptiones, & contra: ut puta *defenſio*, quæ naſcitur, debitori ex eo, quod in foro ſuo non convenitur, dicitur præſcriptio, *l.pen.& ult.C.h.t.* item quæ naſcitur ex longâ poſſesſione. *t.t. C.*

 de

de præscript. long. tempor. & hæc præscriptio nihil aliud est, quàm Exceptio temporis. *l. 5 § 1. l. 12. ff. de divers. & tempor præscript. l. pen. C. de præscript. 30. annor.* Possit & hæc assignari ratio, quod præscribere, inter alia significat dictare & ostendere alicui, quomodo se gerendum habeat, & quid facto opus sit. Id autem facere intelligitur omnis reus qui Exceptione utitur. *Zanger. de except. p. 1. c. 3. n. 28.* Exceptiones insuper & *præjudicia* dicuntur. *arg. rubric. ff. h. t.* Notandum tamen hic probè est, verbum hoc non tam latè exaudiendum sicut aut Exceptionis aut præscriptionis. Præjudicia enim opponuntur actionibus minus principalibus, per quas præjudicium fit principalioribus, quæ causam longè majorem in se continent. *l. 18. ff. h. t. Zanger. d. l. n. 32.*

Thes. II.

Est autem Exceptio exclusio (*a*) quædam, quæ opponi actioni cujusq; rei solet (*b*) quod in intentionem condemnationemve deductum est (*c*).

(*a*) Alii aliter Exceptionem definire aliudq; genus constituere solent. Paulus JCtus *in l. 22 ff. h. t.* Exceptionem dicit esse conditionem, &c. in quâ definitione, JCtus intellexit veterem formulam, quâ sub conditione Exceptio concipiebatur. *Zanger. de except. p. 1. c. 3. n. 19. Harprecht. pr. I. h. t. n. 7. Bachov. ad Tr. vol. 2. disp. 26. th. 1. lit. b.* qui hasce conditiones ad officium judicis restringit. Omnis enim Exceptio regulæ subjecta conditionem habet, sub quâ de regulâ aliquid eximitur. Hodie tamen istis conditionibus vel articulis opus non est, sed quibuscunq; verbis, scripto vel absq; scripto vivâ voce Exceptiones proponi possunt, *Harprecht. d. l.* tametsi judex ita propositas in Scripturâ redigi jubere valeat. *Angel. in rubr. I. h. t. n. 26 Bartol. n. 4. & Dd in l. 1 ff. h. t.* *Cujacius in pr.* Exceptionem ait esse allegationem reo competentem. *Reyer in processu suo judiciario disp. 4. th. 17. lit. e* genus constituit defensionem. *Ulpianus J Ctus in l. 2. ff. h. t.* Exceptionem per *exclusionem* definit; quem nos quoq; sequimur, desumta est hæc definitio ab effectu, sc. excludendo actorem ab actione institutâ. Oppositâ quippe Exceptione id consequitur reus,

ut

ut non magis teneatur, quam si adversus eum nulla competeret actio *l.2.§.1.ff.h.t.* Quo tendit illud JCti. *in l.112. ff.de R.J.* Nihil interesse, ipso jure quis actionem non habeat, an per Exceptionem infirmetur. Quam definitionem, licet peremptoriis tantum non etiam dilatoriis Exceptionibus competere existimet *Wesenbec. C. h. t. n. 2. Hunnius in processu judiciario disp. 8 th.1.n.3.* attamen ad defensionem nostræ definitionis non ineptè statuitur: *Exceptionem* esse quandam actionis exclusionem: hancq; exclusionem aliam esse perpetuam, aliam temporalem: & hanc in dilatoriis, illam vero in peremptoriis locum obtinere. *Harprecht.pr.J.h.t n 5 & seq.* ubi exemplis declarat. (*b*) Ita demum Exceptione elidi actionem dicendum est, si Exceptio actioni opponatur: nisi enim opposita fuerit, nihil operatur, sed necessario sequitur condemnatio. *§.1. & ibi Wesenbec. in verb. efficax. J.h.t.* (*c*) In intentionem hoc est, in petitionem seu actionem. *l.66.ff.de judic. l.12 ff h.t.* Intendere enim nihil aliud est quam actionem adversus adversarium intentare, litem instituere & ab eo contendere aliquid ut nobis præstetur, aut dicere jus nobis esse, puta ire agere. &c. *l 2.C.h.t.l.9.in pr.ff.si servit.vindic.* In condemnationem accipere debemus & in futuram & in præteritam, ut significetur, Exceptionem excludere, id, in quod reus jam condemnatus est. & ita exaudiendus *Paulus JCtus in l.22.ff.h.t. Zanger.p.1.c.3.n.10.& seqq.*

Thes. III.

Definitionem excipit divisio dividuntur autem Exceptiones ratione causæ efficientis, vel in Civiles, vel in Prætorias.

Thes. IV.

Civiles sunt quæ ex legibus (*a*) SCtis (*b*) & Principum placitis (*c*) originem trahunt.

(*a*) Declinatoria fori &c. (*b*). Exceptio Vellejani, Macedoniani, &c. (*c*). Exceptio divisionis inter plures fidejussores ex Const. Divi Adriani, & reos debendi *ex Nov.99.*

Thef. V.

Prætoriæ ſunt (*a*) quas Prætor ex ſuâ Juriſdictione concedit.

(*a*) Exceptio metus, doli mali, &c. *l.1.§.1.l.4.§ pen.ff.de dol.mal. & met.except.*

Thef. VI.

Ab effectu rurſus ſeu cauſa finali, omiſſis reliquis diviſionibus (*a*) aut dilatoriæ ſunt & temporales, aut peremtoriæ ac perpetuæ (*b*).

(*a*) de quibus Oldendorpius *in Enchirid. except. Zanger. hic, part 1 cap.3.* (*b*) *§ 8. J. h. t. l.2 § fin. l 3. ff. eod.* Sed nunquid dentur anomalæ? N. *arg. § fin. l. h. t l 56. ff. de condict. indeb.*

Thef. VII.

Dilatoriæ ſunt, quæ non ſemper locum habent, ſed ad tempus ſaltem nocent. *§ 10. I. h. t. l. 3. ff. eod.*

Thef. VIII.

Omnes autem dilatoriæ vel proceſſum judiciarum vel cauſam ipſam reſpiciunt.

Thef. IX.

Ad judicium ſive ejus proceſſum quæ pertinent Exceptiones, ex perſonâ vel judicis vel litigantium deducuntur.

Thef. X.

Ex perſonâ judicis deſumtæ, judicium aut prorſus declinant, aut ſaltem differunt.

Thef.

Thes. XI.

Quæ judicium prorsus declinant, sunt Exceptio fori declinatoria (*a*) præventionis (*b*) recusationis judicis (*c*).

(*a*) *l.ult.& ib. Dd.com.C.h.t.* alio nomine Exceptio Incompetentiæ vocatur, & in principio litis opponenda non in scriptis, sed vivâ voce. *Dn.Carpzov part.1 const.3 def.11.* nam si aliis Reus utatur Exceptionibus, videtur in Judicem consensisse, nec ad hanc reverti potest. *Umm. in process. disp.8 th.2.n.7.* Tum autem competit, cum eo in loco, vel apud eum magistratū ubi non oportebat, agitur. *l pen. & ult. C.h.t. Zang.lib p.2 c.1 n.5.* Actor enim sequitur forum rei, non reus forum actoris *l 2.C.de jurisd Et.l fin C. ubi in rem act.* Casus specialis *in l diffamari 5.C.de ingen.manumiss.Gail.lib.1 obs.9.n 3.* Commodius autem de hac Exceptione agere poterimus, si sciamus quibus modis reus forum sortiatur. Hoc autem quatuor fit præcipuè ex causis, *Domicilio, Contractu, Delicto & Re de quâ agitur.*

Domicilium in loco originis seu domicilii patris habere, quem præsumitur *l.3.C.de municip & origin.* Non autem ex sola inhabitatione, sed ex animo & voluntate domicilium probatur. *l 17 § 5. & 13. l.27 § 2 ff ad municipal.Dn.Carpzov.lib 2 tit.2. resp. 21. n. 20. & 21.* qui animus non ex nuda contestatione, sed aut ex protestatione *Dn. Carpzov.ibid.n.15.* re & facto declaratâ, *l.20 ff.eod.* aut ex conjecturis & præsumtionibus, præsumitur. *l 2.C. ubi Senat. vel Clariss. Zanger.p. 2.c.1 n.15 & seqq.* Secunda conjectura contracti domicilii est, si reus in aliquo loco majorem bonorum partem possideat. *l. 2. ibi, aut majorem. C.ubi Senat.vel clariss Coler.de process. execut.p.2 c.1 n.30. Dn, Carpz.lib.2.tit.2 resp. 23.n. 9.* & tanquam paterfamilias ibidem se instruxit. *l 6.§.2 l 27.§.2. ff ad municipal.* Tertia conjectura contracti domicilii priori affinis est, si quis venditis rebus suis in aliam civitatem cum familiâ secessit & in eâ habitet: quo ipso videtur ibidem domicilium contraxisse, & priori renunciasse. *l.203 ff de V. S. l.6.§.2.* ponderando verbum instruxit. *ff. ad municipal. Zanger. d. l.n.30.* Quarta conjectura contracti domicilii est, si quis aliquo in loco assiduè, h.e. frequenter habitaverit aut versatus fuerit. Licet enim

propriè hoc modo domicilium non contrahatur: attamen quoad forum sortiendum, ex hâc conversatione assiduâ & frequenti, tanquam actu exteriori intelligitur ibidem domicilium contraxisse *l. 2. C. ubi Senat. & clariss. Dn Carpzov. l b. 2. tit. 2. resp. 23. n. 2. Menoch. lib. 3. de arbitr jud qq. cent. 1. cas 86. n. 11. 12. & 13.* Quando autem intelligatur quis assidue in loco versatus, id totum arbitrio judicis committitur *Menoch d. l. lib. 1. in proœm.* Quinta conjectura contracti domicilii est, si quis in aliquâ civitate jus civitatis impetravit & ibidem habitavit. *Zanger. d. l. n. 54.* Sexta conjectura contracti domicilii colligitur ex eo: si clericus secularis impetravit beneficium residentiam requirens. *Felin. in cap. dilectus filius. 29. n. 2. & 4 & ibi Ct. communiter. x. de rescriptis Zanger. d. l n. 55.* Septima conjectura contracti domicilii est matrimonium. Uxor enim sequitur forum mariti: quod & vidua retinet *l. fin C. de incol. Dn. Carpzov lib. 2. tit 2. resp. 24. n. 18.* quod si alteri nubat, domicilium quoq; mutatur, *d l fin l. 13. C. de dignitat. & ibi Luc. de Penna.* Ex his itaq; conjecturis, aut protestatione, animo domicilii alicubi contracti probato, Exceptio incompetentiæ à reo prætensa fundata est. Unde non immerito, domum revocat, nec in loco originis respondere cogitur. Quamvis enim forum originis immutabile sit, id tamen non universale est, sed respectu honorum ac munerum, & sic onerum personalium subeundorum, accipiendum. *Zanger d. l n. 68.* Item respectu successionis. *Tiraq. de jur. primogen. q. 48. & 49.* Contrarium observatur in foro sortiendo & jurisdictione. Si quis enim domicilium originis relinquat, alibi novo constituto, forum quoq; amittere creditur. *Gail. lib 2. obs 36. n 6.* Et hac Exceptione reus uti potest, licet pactus sit ut alius Judex, quam cujus jurisdictio esset, jus diceret. *l. 18 ff de jurisdict.* quod verum, si res adhuc sit integra, *d. l. 18.* nam judicio cœpto seu lite contestatâ, obligatur aliquis instantiæ, adeo ut ab eâ discedere non possit. *l. 25. ff. de R. V. Gail. lib. 1. obs. 74. n. 5.* Cessat tamen jus hoc revocandi domum quibusdam ex causis 1. Si lite pendente reus domicilium mutaverit *c. 9. x de for. compet. l 30. ff. de judic. Dn. Carpzov lib. 2. tit. 2. resp 36 per tot.* 2. Si pluribus in locis aliquis ex æquo negotietur. *l. 5. ff. ad municipal.* 3. Si sit vagabundus. *Dn. Carpz. lib. 2. tit. 2. resp. 25. n. 13.* nisi satisdare velit de respondendo in loco domicilii. *Salicet. in l. 1. C. ubi de crim. ag. oport.* 4. Si militent, militiam non armatam,

tam, sed togatam, qui magisteriani audiunt, in iis tantummodo caussis, quæ in *l.1. & 2. C.ubi aliquis decurial. vel cohort. l. un. C.in quib. caus. milit præscript.for.& c.* exorcissæ sunt. *Zang.d.l.n.103* 5. Si causa celeritatem desideret *Zanger.d.l.n.104.* 6. Tandem venditor, licet clericus, non potest declinare forum rei emtoris. *l. 49. ff. de judic Gail. lib.1. obs.37 n 7.*

Secundo reus obnoxius fit jurisdictioni ex contractu, *ratione loci*, in quo contraxit, licet ibi domicilium non habeat, *l.19.ff. de judic.* contractum autem accipimus omnem, sive verum, sive quasi. *d l 19.§.1 & 2. ff.de judic.* Locus vero contractus intelligitur, in quo, ut quis solveret, se obligavit, licet alibi contractus celebratus sit. *l.21.ff.de O. & A.* aut si de eo expresse non convenit, ubi negotium gestum est. *l. 19.in pr.& §.1.cum seqq.ff de judic.* Nihil vero differt, contrahens ipse conveniatur, vel ejus heres. Si modo præsens sit, *d.l.19.in pr.* aut si præsens non sit, lis cum defuncto saltem fuerit contestata *l.30.l.34.ff de judic.Zanger.d.l. n. 114. & seqq.* Quod de herede hic dictum fuit, idem obtinet in quolibet debitore vel reo, ut privilegio fori uti non possit, si in loco contractus vel quasi deprehendatur. *c.Romana.1. de for compet.in 6.Gail lib.2.obs.36 n. 14. Dn. Carpz. lib.2.tit.2 resp.30 n.4.* Planè qui certo loco soluturum se obligavit, si non solverit, videtur in loco contractus recte conveniri posse, quamvis ad eum locum nunquam pervenerit. *l.un.C.ubi conven. qui cert loc.l 1 ff de eo quod cert.loc.* Sed quid si pluribus in locis se soluturum promisit? stamus distinctioni *Zanger. d. l n.141. & seqq.* Hactenus de eo debitore qui præsens est. Sed quid si absens fuerit? & eum intrepidè condemnari posse *Ulpianus in l.19 §.1 ff. de judic.* affirmat. quod quoad effectus bona, quæ in loco contractus sunt, respicientes, verum est, ut si ibidem se non defendat, immissionem bonorum patiatur. *d.l 19.§.1.in fin.c.1.§. contrahentes. de for. compet. in 6.* quoad effectus vero personam concernentes condemnari nequit ut contumax, in pœnam excommunicationis, banni, & alias. *Zanger.d l.n 158.* ast hoc tum demum procedit, si judicis loci contractus auctoritate legitimè citatus, comparere noluerit. *d. c. 1. §. contrahentes.* Hinc disputatio exorta, quomodo hic debitor citandus sit, an per subsidium ejus judicis, sub quo domicilium habet, an abipso judice loci contractus, judice domicilii

non

non requisito? vide *Zangerum d. l. n. 160. & seqq.* qui controversiam hanc distinctione dirimit. Quod porro dictum fuit, debitorem non aliter conveniri posse in loco contractus, quam si ibi inveniatur, aut bona possideat, fallit quibusdam in casibus. 1. Si debitor malitiosè se occultet, vel animo defraudandi creditorem, vel frustrandæ actionis causâ, *Zanger. d. l. n. 179.* 2. Si debitor in casum, quo in mora erit, se ad sistendum personaliter aliquo in loco obligavit. nam recte poterit ad eum citari, quamvis ibi non deprehendatur, *c. 9. x. de jurejur.* 3. Si quis aliena negotia, tam privata, ut tutelam vel curam, quam publica administravit. Ibi enim ubi hæc gessit rationem reddere oportet. *l. 1. & 2 C. ubi de rat. publ. quam privat. ag. oport. Dn. Carpzov. lib. 2. tit. 2. resp. 33 n. 11. & seqq.* Quæri hic possit, an id quod de contractu dictum fuit locum habeat in delictis vel quasi? Deinde an in actoris arbitrio positum sit, debitorem in loco contractus vel domicilii convenire? affirmamus utrumq;. prius ex *l. 20 ff. de judic.* posterius *ex l. 19 §. fin. & l. 52 §. 3 ff. eod.* quod tamen intelligendum est usq; ad tempus litis contestatæ. *Zanger. d. l. n. 208.*

Tertio sortitur quis forum, ubi *crimen*, quod *publicum* est, perpetravit. *l. 3. ff. de offic. præsid l. 7 §. pen. & l. fin ff. de accus.* excepto crimine læsæ majestatis. *Illustres* tamen *personæ* propter præcedentem administrationem, in causis criminalibus procuratorem non admittentibus, coram Principe tantum conveniuntur. *l. fin. C. ubi Senat. & clariss.* Sic & clerici non coram judice seculari sed Episcopo sunt conveniendi. *c. 4. x. de judic.* Quis autē dicatur *locus delicti* commissi, an is in quo maleficium est inchoatū, an verò in quo consummatum est, controvertūt Dd.? Nos cum *Zangero d. l. n. 233.* in quo est consummatum, locum delicti putamus. in delictis enim qualitas patientis potius quam agentis inspicitur *l. 43. in pr ff. de rit. nupt.* & in loco ubi quis est interfectus, delictum accipit formam, ratione cujus delictum dicitur delictum. *Bald. in l 5. n. 6. C. de episcop. & cleric.* Sed quid dicendum, si in confinibus aut via publica delictum sit commissum? priori casu ad eum spectat cognitio, in cujus confinibus caput occisi reperitur. *arg. l. 44. ff. de religios.* posteriori casu de delicto supplicium sumit is, cui castrum concessum est. *Roland. à Valle, vol. 2. cons 42. n. 35.*

Quar-

Quarto sortitur quis forum in loco, *in quo res* propter quas contenditur, *sitæ* sunt. Et hoc verificatur tam de laicis quam de clericis. *c.3.c.5.x.de for compet.* pulchrè *Gail. lib.1.obs.37.n.4.* Ratione autem ipsius rei dupliciter agitur, vel ad proprietatem, vel ad possessionem consequendam, ideoq; de utroq; nobis videndum jam est. Quod ad *petitorium* attinet textus rotundus in *l. fin. C. ubi in rem act.* in quo expressè cautum reperitur, ut iis in locis, in quibus res, propter quas contenditur, sitæ sunt, in rem actio adversus possidentem intentetur. Requiritur ergò 1. ut actio sit in rem, *d.l.fin.* Secus ergò est in actionibus in personam *l.1.C.eod.* Hæ enim ibi moveri debent, ubi vel reus domicilium habet, vel ubi contractum est. *Zanger. d.l.n. 261.* In rem autem actio in *d.l.fin.* generaliter accipitur, de omni in rem actione, sive illa ex legitimis & civilibus causis, sive ex prætoris jurisdictione descendat. *§.1. §.3. J. de act.* & appellatione *rei* venit non tantum res corporalis profana vel ecclesiastica, sed & incorporalis: non tantum res immobilis, sed & mobilis. Unde qui in rem acturus est qualicunq; actione, etiam pignoratitiâ, aut serviana, aut hypothecariâ, rectè petere potest ut res exhibeatur, actione ad exhibendum, *Wesenbec. ff. ad exhibend. n.3.* de rebus mobilibus ei comparata, cujus interest exhiberi. *l.3. l.5. §.1. l.9. l. fin. ff. ad exhibend.* de rebus enim immobilibus non datur, *dd. ll.* unde nec pro interdicto uti possidetis, bene autem pro Interdicto utrobi competit. *Wesenbec. d.l.n.3. & n.5.* 2. Requiritur ut detur contra possidentem, vel quasi. *d.l.fin. l.1. C. ubi in rem act.* Sive civiliter sive naturaliter possideat, sive etiam dolo desierit possidere. *l.36. ff. de R.V.* adversus eum quoq; qui pro herede possidet. *l. un. C. ubi de hered. agat.* quod ipsum ad judicia familiæ erciscundæ, communi dividundo, & finium regundorum extendimus. *Zanger. d.l.n.295.* Secus tamen se res habet in actionibus in rem scriptis, *Zanger. d. l.n. 306.* Quod ad *possessorium* pertinet, textus satis clarus *in l.un. C. ubi de poss. ag. oport.* ut ibi de possessione agi debeat, ubi aut vis facta, aut possessio constituta sit. *textus in l.un. C ubi de hered.* quo ad fori competentiam enim, exemplo realium actionum rem comitantur. Nunquid autem, quemadmodum in electione creditoris est, debitorem in loco contractus vel domicilii in jus vocare: ita quoq; penes actorem stet, cum reo actione reali, vel interdictis in loco, ubi res est,

 aut

1964.

aut in loco, ubi domicilium habet, agere, quæstionis est? Neg. *l. fin. C. ubi in rem act.* in cujus medio particula, *sed &*, non adversativè, sed explicativè ponitur. *Zanger. d. l. n. 348.* Præter hos quatuor principaliores enumeratos modos, alii adhuc reperiuntur quibus judicum jurisdictio fundatur reusq; forum sortitur. 1. Est concessum privilegium. *l. 29. C. de pact.* 2. Continentia causæ *l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud.* 3. Reconventio, *l. 12. ff. de judic.* coram judice ordinario, non arbitro instituenda. *c. 6. x de arbitr.* 4. Denegata justitia. 5. Causa seu negotium: sic causa patronatus coram magistratu Ecclesiastico peragenda est. *c. 3. x. de judic.* &c. Plures vide apud *Zanger. d. l. a n. 353. usq; ad n. 464* Ex his planum evadit, quando locum habeat Exceptio incompetentiæ, quando non. ea quippè in fori competentiâ fundata est. Quapropter si adversus reum, alio in loco, quam domicilii, contractus, delicti, rei sitæ, &c. actio moveatur, potest agenti Exceptionem incompetentiæ seu præscriptionem fori objicere. Super hac autem Exceptione ipse Judex incompetens cognoscere potest. *l. 2. ff. si quis in jus vocat. l. 5. ff. de judic. Gail. lib. 1. obs. 34. Umm. in proceß. disp. 8. th. 2. n. 7.* Quæri tandem possit, nunquid actor reum conveniens coram judice incompetente causa cadat? Neg. nisi talis sit judex, cujus jurisdictio ne partium quidem consensu prorogari possit? *Dn. Carpzov. lib. 2. tit. 2. resp. 38.*

(*b*). Exceptio hæc priori valdè cognata est. Locum autem tunc sibi vindicat, si reus, qui pluribus in locis, ratione unius ejusdemq; causæ, forum sortitur, ob eam rem ad unum judicem legitimè citatus, ad alium postea vocetur: tum potest reus actori objicere *Exceptionem præventionis.* Cujus oppositæ effectus est, ut reo ab instantiâ judicii absoluto, actor ratione litis pendentis ad priorem judicem, quasi præventus remittatur. *Zanger. p. 2. c. 3. n. 3. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 6.* Duo igitur requiruntur ut hæc Exceptio locum habeat: 1. ut reus unius ejusdemq; rei causâ plures habeat judices, ita ut unusquisq; per se & in solidum de causâ cognoscendi habeat potestatem. An autem per supplicationem sive libellum Imperatori aut Cameræ Imperiali oblatum inducatur præventio vel litis pendentia, quæstionis est? Et affirmativæ subscribendum putamus, eò quod Camera per modum contractus, ut inquit *Gail. d. lib. 1. obs. 29. n. 3.* ex Ordinatione Cameræ cum Cæsare concurrentem jurisdictionem

nem

nem habeat, adeoq; ipsum Cœsarem, quoad justitiæ administrationem, in causis civilibus repræsentet, voceturq; *judicium Cæsaris* Das Kenserliche Cammergerichte, unde si partes primum Cameram quam Cæsarem adeant, & citationem petant, jure præventionis illa decerni, & causa ibidem agitari poterit. *Vid. Umm. in processß. disp 8. th. 2. n 8. Dn. Carpzov. lib. 2. tit. 5. resp. 49. n. 13. & seqq.* Sed quid, si inferior habeat jurisdictionem à superiore judice concessam privativè, & reum citet, nunquid reus objicere possit jurisdictionem superioris præventam esse? *Neg. Zanger. d. l. n. 12.* 2. Requiritur, ut reus sit legitimè citatus. Sola quippe citatio præventionem operatur, *arg. c. 19. x. de for. compet.* quapropter si invalida fuerit, nullum producit effectum. *Bald. in l. fin. C. de edend.* Quo verò respectu invalida dicatur, docet *Dn. Carpzov. lib. 2. tit. 3. resp. 47. n. 2. & 3.* sed quid si ex contumaciâ utriusq; partis circumducta sit citatio? nec hoc casu operabitur præventionem. *Dn. Carpz. d. l. n. 5.* An autem judices concurrentes sibi invicem debeant deferre? placet distinctio *Zang. d. l. n. 26. & seq.* Quid autem si judices inter se dissentiant, reone vel actori danda electio, an verò sorte hæc altercatio dirimenda? quod posterius cum *Socin in cap. 14. x. de for. compet. Zanger. d. l. n. 32.* defendemus. Tandem hanc quæstionem hic subnectere libet, Num *citatio ex l. diffamari*, inducat præventionem vel litis pendentiam in causa principali? quod negamus; judicium enim diffamationis & principale sunt separata. *Gail. lib. 1. obs. 11. per tot.*

(*c*) Hæc Exceptio dilatoria est, & ante omnes alias opponenda, si enim reus alias Exceptiones, hac omissâ actori objecerit, in judicem consensisse videtur, & postmodum eam recolere nequit, *Dd. in l. 16. C. de jud. Fulv. Pac. lib. 2. de probat. c. 45. n. 14. 15. & seqq. Umm. in processß. disp. 8. th 2. n 9.* Quod tamen limitatur non procedere, si aut causa recusationis post litē cōtestatam supervenerit, aut antea quidem exstiterit, sed ad ejus cognitionem pars lite demum contestata pervenerit. *c. 4. x. de except & ibi Felin. Gail. lib 1. obs 33. n. 11.* Recusatur autem *judex* vel tanquam suspectus, vel tanquam inhabilis & minus idoneus. Tanquam *suspectus* recusatur omnis judex, non tantum delegatus sed & Ordinarius, de omni jure, tam Canonico, *c. 4. x. de for. compet.* quam Civili, *Nov. 53. c. 3. §. 1. Hillig. ad Don. lib. 17.*

comm.c.25.lit.E. nisi Princeps addiderit clausulam, *remotâ Recusatione.* Quod tamen intelligendum de frivolis & levibus, non etiam de gravibus atq; legitimis suspicionibus. *Gail.d l.n 5. Zanger.part.2. cap.4.n.12.* Utrum autem concilium vel Senatus tanquam suspectus recusari possit, dubitatur? Communis Dd. sententia est quod non. *Mascard. de probat. vol. 2.conclus. 952. n.32. Fulv.Pac.lib. 2. de probat.c.45 n.99 & seqq.* nisi omnes Assessores essent suspecti, aut major pars eorum, aut etiam unus magnæ authoritatis, cui cæteri contradicere non audent. *Boer.decis 269. Menoch. de arbitr. jud. qq. lib. 2. cas.458. Gail.d.l.n.3.* Quo autem recusatio ritè procedat, necessum ante omnia est, ut subsit aliqua *causa suspicionis*, eaq; libello recusatorio exprimatur & probetur *c.61.x.de appellat.Gail.d.l.n.16.* Causas suspicionis prægnantes videri possunt apud *Zangerum d. l. n. 20.* Quæ etsi allegandæ coram judice recusato, & quidem in scriptis non vivâ voce, *Gail.d.l.n.13.* eidemq; libellus recusatorius offerendus, *l.16.C.de judic.* probandæ tamen coram arbitris sunt. *Gail. d.l.n. 15. Gothofred.ad d.l.16.* Factâ ergò recusatione judex in causâ supersedere, nec ad ulteriora procedere debet, alìas processus ipso jure nullus est. *l.un.C.si quacunq; prædit.potest.Gail. d.l.n.12.* Si tamen causa suspicionis intra datum terminum non fuerit probata, causa ad judicem recusatum ventilanda remittitur *Zanger. d. l. n. 25.* Tanquam *inhabilis vel minus idoneus* recusatur judex, quicunq; jure prohibetur. Prohibentur autem quidam *naturâ*; ut surdus, mutus perpetuò furiosus, impubes: quia hi animi, illi corporis vitio impediti munus judicandi obire nequeunt. *l. 12. §. 2. ff. de judic. Wesenbec. ibid.n.10.* aliter observatur in cœco, *l.6.C.de judic. Duaren. lib. 1. disp. cap.23.* Quidam *lege*, ut qui Senatu motus est, *d.l. 12. §. 2.* & infamis *arg.l.2.C de dignitat.* Quod tamen limitatur procedere, si à Principe datus sit judex ex certâ scientiâ: Principis enim scientia habet vim specificæ dispensationis & supplet omnem defectum personæ. *Zanger.d.l.n.53.Gail.lib.2.obs.1.n.12.* Quidam *moribus*, ut fœminæ & servi *d.l.12.§.2.Wesenbec.d.l.* Occurrit autem hic differentia inter judicem qui tanquam suspectus, & eum qui tanquam inhabilis recusatur. Nam judex inhabilis potest ad ulteriora procedere, & tunc tacite rejecta intelligitur Exceptio incompetentiæ: quod non est in proposito, quando judex allegatur suspectus, si enim tunc pro-

cedat-

cedat in causa; processus est ipso jure nullus, cum per Exceptionem ipsi manus ligatæ sint. *Coler. tr. de proceß. execut. p.4.c.1.n.65.*

Thes. XII.

Quæ judicium tantummodo differunt, sunt Exceptio loci non tuti (*a*) termini angusti (*b*) & feriarum (*c*).

(*a*) Exceptio hæc summâ nititur æquitate. Litigatores enim eorumq; advocati, procuratores atq; testes in judicio se sistere non obligantur, si locus judicii non sit securus & tutus, ne fortè per indirectum priventur defensione, cujus gratiâ ad judicium vocantur. *Zanger part.2.cap 5.* Dicitur autem *locus non tutus*, non ille tantum, quando quis multos inimicos capitales, aut eorum amicos in loco judicii habet, aut ibidem periculo alicui vel injuriæ se expositum iri timeat, quæ sibi vel ab ipso judice, vel alio inferri posset, puta incarcerationem, torturam, &c. *l.3.ff.ex quib. cauſ. major.* Sed etiam, quando in locis, per quæ necessario transire cogitur reus, ut veniat ad locum judicii, ejusmodi aliquid timet. *c 4.x.ut lit.non contest.* Si quis igitur ad talem locum citatus sit, hoc ipsum probet, non juramento, sed vel testibus, vel indiciis indubitatis, *Zang. d. l. n.6.* Dilatoria autem est hæc Exceptio, cum actio intentata eadem non tollatur in totum, sed judicium saltem ad tempus differatur. Quia tamen gravamen successivum in se continet, opponi potest non tantum ante, sed etiam post litis contestationē in qualibet judicii parte, etiam contra paratam executionem, *Coler. tr. de proceß. execut p.4.c.1.n.201.* nisi judex ad instantiam partis securitatem vel salvum conductum ipsi concessit, *Coler.decis 164.n.6.Zanger.d.l.n.9.* Quem simpliciter datum servari oportere, licet communis Dd. schola astruere videatur, *Menoch.1.cons 100.n. 198. & 218 & 2.arbit. q. per tot Farinac prax.crim lib.1.tit.4. q. 29.* negativam tamen cum *Bachovio ad Treutler.vol.1.disp.5 .th. 6. lit. d.* exercitii gratia defendemus An verò citatus in causâ civili, habeat salvum conductum quo ad causas omnes, etiam criminales? Negamus, quia hoc ipsum naturæ citationis adversatur. *Bachov. ibid.*

(*b*) *Auth.offeratur.C.de lit contest.* Quæ æquè dilatoria est ut prior, quamvis propter gravamen quod in se continet, in qualibet

 judicii

judicii parte tam ab actore quam à reo poſſit opponi. Utilis eſt autem hæc Exceptio Reo, nam ſi ipſi in citatione legitimum tempus non ſit præfixū, Exceptionem termini anguſti opponere valet, cujus effectus eſt, ut in contumaciam contra eum procedi nequeat, cum ejusmodi citatio quæ nimis brevem terminum habet, non obliget ad parendum. Quanquam autem jure digeſtorum ſufficit, ſi citatio in civilibus decem dierum ſpacium *l. 68. l. ſeq. ff. de judic.* in criminalibus trium dierum. *l. 10. ff. de public. judic.* Jure vero noviſſimo triginta dierum contineat, *Auth. qui ſemel. C. quomod. & quand. jud. Nov. 112. c. 3.* Hodie tamen id merè arbitrarium, & penes judicem decernendi terminum poteſtas eſt. *Dd. ad d. Auth. qui ſemel. Zanger. p. 2. c. 6. n. 6.* Jure Saxonico legitimus terminus eſt ſex ſeptimanarum & trium dierum. Licet enim reus olim tribus vicibus per intervallum duarum Septimanarum citandus fuerit, & ſi in ultimo termino non comparuiſſet, condemnaretur auff die Ehehafft. *Chilian.* König *in proceſſ. c. 22. n. 2. verſ.* die ander *citatio.* De jure tamen moderno ubiq; locorum introductum eſt, ut una citatio pro tribus ſit, dummodo ſit peremtoria & legitimum tempus ſex Septimanarum & trium dierum comprehendat. König *d. l. c. 23.*

(*c*) Feriæ vel ſunt publicæ totius populi vel privatæ alicujus familiæ & collegii. Illæ ſunt rurſus aut ſolennes, aut indictæ, aut repentinæ. *Solennes* ſunt, quæ ob cultum divinum celebrandum ſolenniter conſtituuntur. *l. 2. l. 3. l. 6. cum ſeqq. C. d. fer. tot. tit. x. eod. Indictæ* quæ colligendorum terræ fructuum causâ indicūtur. *l. 1. l. 2. ff. l. 2. l. 7. C. eod. Repentinæ*, quas Princeps republicâ benè aut infeliciter geſtâ, juſtitio indicto extra ordinem repentino indicit atq; denunciat. *l. 1. l. 4. C. eod. Weſenbec. ff. de fer. n. 3.* Si igitur citatus quis ſit ad diem feriatum ejus loci, in quo judicio contenditur, ſe ſiſtere non obſtrictus eſt, ſed citatio pro invalidâ habetur, & poteſt opponere *Exceptionem feriarum*, quæ hunc producit atq; operatur effectum, ut is qui eam oppoſuit pro contumace non ſit habendus, ita, ut ſi adverſus citatum judicatum fuerit, is nec judicatum facere nec ſolvere teneatur. *c. fin. x. l. fin. C. de fer.* Dilatoria verò eſt hæc Exceptio, & proinde *ante litem conteſtatam* exemplo cæterarum opponenda, quamvis propter gravamen continuum & ſucceſſivum quod ſecum trahit, etiam poſt litem conteſtatam in qualibet judicii parte validè

poſſit

possit opponi. *Zanger.p.2.c.7.n.4.* Sunt tamen casus quibus illa quiescat, nec valeat opponi. 1. In actu jurisdictionis voluntariæ *l. 8. C, de fer. Wesenbec.d.l n.3.* 2. Si necessitas, *c.5.& ibi Dd. x. de fer.* vel pietas id suadeat. *Wesenbec.d.l.* opera enim misericordiæ distinctionem dierum non recipiunt. 3. Si causa celeritatem desideret *l 28 §.3 ff.de judic.l.1.ff.damn.infect.* aut res tempore peritura sit *d.l.28.§.4.Zanger. d.l.n.10.* 4. Si aliquid expediri & differri publicè intersit: ut investigatio latronum. *l pen.C.de fer.* Custodia ac disciplina militaris. *l.pen. ff.h.t.* & quæ ad ipsarum feriarum tuitionem. *l.3 ff.h.t.* vel ad annonam publicam *l.5.C.eod.* quâ carere nullo die possumus, pertinent. In his & similibus feriarum non habetur ratio. *Wesenb d l.n.5.& n.8.* Competit hæc Exceptio iis quoq; qui in messibus occupati non sunt *Zanger.d.l n.13.Dn.Carpzov.p.1.Const.3.def.22.* Nunquid autem hujusmodi feriis partes renunciare possint? Affirmamus quoad indictas, negamus quoad solennes & repentinas. *Gail. lib.1.obs.53.n.16.*

Thes. XIII.

Ex personis litigantium desumtæ, aut ipsas personas principales, aut earum nomine litem suscipientes respiciunt.

Thes. XIV.

Ex principalibus, vel ipsum tantum Actorem, veluti Exceptio contumaciæ (*a*) vel Reum, ut Exceptio de in jus vocando (*b*) & impedimenti justi (*c*) vel utrumq;, scilicet Exceptio legitimationis. (*d*)

(*a*) *l.53.ff.de re judicat.l.13.C.de judic.* Si enim actor in termino non compareat, sed vadimonium deserens contumax existat, reus ipsius contumaciæ Exceptionem hanc objicere & simul petere potest, ut non saltem terminus pro circumducto habeatur, atq; ipse ab instantia absolvatur, sed etiam actor in Expensas condemnetur. *l.79.ff. de judic. Coler. decis. 104.n. 2.* Formulam pronunciandi vide apud *Zangerum p.2.c.9.n.4.* (*b*) *tot.*

1920.

(*b*) *tot.tit.ff & C.de in jus voc.* Quæ & alio nomine non impetratæ veniæ dicitur, & defendit se illâ reus quod in jus nisi veniâ prius impetratâ vocari non possit. Dilatoria autem est, & causatur adversus actores ex reverentiâ personarum, quæ in judicium vocantur. e. g. Si liberi experiantur adversus parentes, *l. 4. ff. de judic.* liberti adversus patronos, *l. fin. ff. de in jus voc. &c.* Nunquid verò vasallus dominum sine veniâ in jus vocare possit, dubitatur? Neg. *Gail. de pignorat obs. 15. n. 4. Modest. Pistor. cons. 59. n. 38. & 41. vol. 1. Mynsing. cent. 4. obs. 92. junctâ præcedente.*

(*c*) Quando reus excipit de impedimento, ob quod ipsum in termino comparere ac se sistere non potuit. quod de justo impedimento accipiendum est, non de affectato, quod quis forsan suâ culpâ sibimetipsi accersivit. *Menoch. lib. 2. de arbitr. judic. qq. cas. 175. n. 20.* Justum porro impedimentum est, si cui obstet morbus sonticus, *l. 2. § 3 ff. si quis caut. judic. sist. l. 60. ff. de re judicat.* non tantum proprius, sed etiam consangvineorum *l. 53 § 2 ff eod.* aut impediatur tempestate vel vi fluminis *d. l. 2. §. 3.* captivitate, *Bartol. in l. 2. ff. de in jus voc.* carentiâ advocati, *Menoch. de arbitr. judic. qq. cent. 2 cas. 15.* expeditione publicâ, vel etiam peregrinatione extra fines territorii susceptâ. *Zanger p. 2. c. 9 n. 13.*

(*d*) In omni quippè judicio, quantumvis summario personæ ante omnia se legitimare tenentur, adeò, ut si hoc facere neglexerint, processus reddatur nullus. *Menoch. rem. 15 recup poss. n. 237.* Legitimam autem personam standi in judicio, 1. non habent, sine tutorum aut curatorum autoritate pupilli & minores. *l 1. & 2. C. qui legit. pers. stand.* An verò minor curatorem habens sine autoritate ejus obligetur, quæstionis est? Neg. *l. 3. C de in integr rest minor. Harpprecht. §. 2. n. 18. & seqq. I. de curator.* Pupillum sine tutoris authoritate civiliter non obligari certum est. Sed de eo Dd. contentionis serram trahunt, nunquid naturaliter obligetur? Cujus rei effectus est insignis. Nos paucis casibus exceptis negativam amplectimur. *Rimer. decad. 3. quæst. illustr. 8.* 2. Filiusfamilias in causis in quibus patri usus fructus, & actionum & jurium exercitium competit *l. 9 ff de oblig. & act. Zanger. p. 2. c. 8. n. 7.* 3. Surdus qui prorsus non audit *l. 1. § 3 ff. de postuland.* 4. Excommunicatus publicè, seu excommunicatus majori excommunicatione, quâ Exceptione reus in qualibet parte li-

tis uti

litis uti valet.c.12. x. de except. Zanger. d. l. n. 14. 5. De jure Saxonico mulier neq; pro se neq; pro alio rectè agit aut defendit, sed ad exemplum pupilli tutor seu curator in litem ei constitui debet. *Const. Elect. 15. part. 2.* quod adeo verum est, ut licet mediante juramento contraxerit, contractus tamen nullus sit. *Dn. Carpz. part. 2. const. 15. defin. 1.* plures hujus regulæ ampliationes & limitationes videri possunt apud *Dn. Carpzov. d. l. Berlich. part. 2. conclus. 17. per tot.*

Thes. XV.

Earum nomine litigantes (*a*) vel quia mandatum non habent (*b*) vel habent quidem sed mutilatum & in sufficiens. (*c*) vel à principali revocatum (*d*) Itemq; si persona talis sit (*e*) vel causa talis (*f*) quæ & ad quam procurator constitui nequeat.

(*a*). Hi in jure nostro procuratores dicuntur, *tot. tit. ff. & C. de procurator.* & à JCto in *l. 1. ff. eod.* definiuntur, quod sint qui aliena negotia mandato domini administrent. Divisiones videri possunt apud *Wesenbec. ff. de procurator. n. 3.*

(*b*) Cum enim mandatum sit de substantialibus judicii vel processus, *Roland. à Valle cons. 46. n. 4.* & in procuratore debeat judicium substantiari, ut loquitur *Bald. in l. 12. C. de procurator. n. 4.* ideoque salubriter, non solum de jure communi, *l. 1. C. eod.* sed etiam in foro Saxonico, Proceß vnd Gerichts ordnung Churf. Johan Georg. c. von Anwalten vnd Vollmachten/ 7. in princ. est dispositum, quod nemo alterius nomine in judicio agere possit, nisi mandatum habeat, sed protinus à judicio repellatur, etiamsi cautionem rati præstare velit, & hoc à parte non opponatur, sed judex ejusmodi procuratorem sine mandato comparentem ex officio repellere debet. *Berlich part. 1. conclus. 14. n. 18.* Maritus tamen pro uxore, item conjunctæ personæ pro consangvineis, etiam sine mandato procuratores esse possunt, dum modo de rato caveant. *l. 40. § fin. ff. de procurator. l. 21. C. eod. Wesenbec. ff. n. 4. in fin. eod.* Hæc autem cautio debet esse idonea, h. e. fidejussoria, nam verius & tutius est ejusmodi personas cum

 nascum

1942.

nas cum cautione juratoriâ non esse audiendas, *l. 11. C. eod. l. 1. ff. qui satisdar. cog. Zanger. p. 2. c. 8. n. 39. & seq.* Hodie tamen, cum fidejussores nonnisi excusso principali conveniantur *Auth. præsente, C. de fidejuss.* receptum est quoq; pignoribus posse caveri. *Wesenbec. ff. qui satisd. cog. n. 7.* Consortes insuper litis sine mandato cum hac cautione admittuntur, *l. 2. C. de consort. ejusd. lit.* sive ante sive post litem contestatam *Berlich. part. 1. conclus. 14. n. 54.*

(c) Mandatum insufficiens atq; mutilatum *Dd.* dicunt, quod suis essentialibus atq; formalibus destituitur. *Formalia* autem mandati procuratorii perhibentur: quis, quem, in qua causâ, in quibus actibus, contra quem, coram quo judice, procuratorem constituat, item clausula dominum rem ratum habiturum, & clausula satisdatoria seu obligatio bonorum. *Wesenbec. ff. de procurator. n. 7. Berlich. d. l. n. 70. & seqq.* Nunquid vero ad validitatem mandati nuda sigilli appositio, vel subscriptio sufficiat? Utrumq; requirimus *Berlich. d. l. n. 95.* Sunt præterea causæ quæ speciale mandatum exigant, quas videre licet apud *Wesenbec. d. l. Zanger. p. 2. c. 8. n. 38.* in his igitur si mandatum generale intervenerit, illud mutilum & insufficiens dicitur. Dilatoria autem est hæc Exceptio, ideoq; *ante litem contestatam opponenda* erit, & petendum ut adversarius aut mandatum producat, aut si produxerit, illudve mutilum & insufficiens sit, vel persona conjuncta sit, de rato caveat. *Effectus* hujus rei est, ut si reus, omissâ hac Exceptione, litem simpliciter contestatus sit cum eo, qui alterius nomine agit, videatur ejus personam tanquam legitimam approbasse, & mandati productionem aut cautionem rati remisisse. *l. 40. §. 3. ff. de procurator.* Mandatum porro procuratoris non sufficit in actis tantummodo allegare, sed necesse est id probare, *l. 23. C. de probat. Bart. in l. 24. C. de procurator.* Probatur vero non tantum instrumentis & testibus, sed etiam præsumtionibus, ex conjunctione sangvinis, *l. 35. ff. l. 21. C. eod.* item si constet dominum esse præsentem, neq; contradicere procuratori agenti, *l. 18. ff. mandat.* Si proferantur instrumenta principalis negotii, quæ nemo sine mandato alicui cessurus præsumitur *Wesenbec. ff. de procurator. n. 7.* Nunquid vero negligentia procuratoris noceat domino, disqviri solet? Aff. *text. in l. 10. de procurator. Gail. lib. 1. obs. 45. in pr. Dn. Carpz. part. 1. const. 1. defin. 22.* Qvare si à latâ sententiâ intra decendium procurator ap-

pel-

pellationem non interposuerit (quam qvoq; prosequi tenetur. *l. 17. C. de procurator. l. 2 ff. an per al. caus. appellat. Harprecht § 1. J. de iis per quos ag. poss. n. 278. & seqq.*) nec dominus postea tempore exclusus admittendus erit. *l. 1. §. fin. ff quand. appelland. sit.* An autem domino detur restitutio in integrum adversus talem negligentiam? Neg. habet enim ordinarium remedium adversus negligentem procuratorem, nimirum actionem mandati ad damna & interesse. *l. 13. l. 21. C. mandat.* si tamen procurator solvendo non sit, dominus in subsidium saltem restitutionem in integrum petere valet. *Gail. d. l. n. 6. Dn. Carpzov part. 1. const. 1. defin. 23.*

(d) Domino ante litem contestatam indistinctè procuratorem revocandi potestas conceditur, *l 16. ff. de procurator* post litem contestatam non aliter nisi causâ cognitâ. *l. 17. & seqq. ff. eod.* Quia ergo causæ cognitio ad revocandum procuratorem post litem contestatam requiritur, necessarium omninò est revocationem hanc fieri haud posse per libellum supplicem, sed ut ritè expediatur opus esse prævià citatione ad videndum fieri revocationem. *Gail. lib. 2. obs. 46. n. 9* Porro si procurator revocetur ante litis contestationem, utrum judici vel adversario id denunciari debeat qvæstionis est? Qvæstionem hanc post *Panormitan. in c. 13. x de procurator. n. 7.* cum *Zanger. p. 2. c 8. n. 62.* sub distinctione resolvimus. Aut enim mandatum speciale datum est ad litigandum de certâ causâ cum certâ personâ. Hoc casu revocatio non valet adversario ignorante; Illo casu distingvendum utrum procurator cœperit esse in judicio, an non. nam si cœperit, eodem modo insinuanda est revocatio adversario, atq; si speciali usus fuisset procurator mandato: Si vero non cœperit, satis est si prohibitio ipsi procuratori fiat. *Effectus* mandati legitimè revocati sciente judice & adversario est, ut procurator se amplius ingerere non possit, aut si ingerat, & sententiam contrariam reportet, illa domino non noceat. De eo dubitatur, *num dominus sententiam contrà revocatum procuratorem latam ratificare possit?* Distingvunt quidam inter sententiam latam in domini favorem & in ejus odium. priori modo ratificatione etiam reconvalescere, posteriori non item. Verum nos simpliciter negamus, *arg. ... ut. hab.* maximè cum hæc ratihabitio malitiâ non careat, ... eventum sententiæ expectare, & si ea pro se fertur

eam ratam habere, si contra se est, eam reprobare possit. *Gail. lib. 1. obs. 47 n. 5. Berlich. part. 1. conclus. 14. n. 134.*

(*e*) Ratione personæ dupliciter fundatur Exceptio procuratoria, quod aut procurator esse non possit, aut procuratorem dare prohibeatur. I. Procuratores non possunt esse, Fœmina, *l 54 ff. de procurator.* paucis exceptis casibus, quæ videri possunt apud *Wesenbec. ff. eod n. 4.* Miles *l. 7. C. eod*, Limitationes collegit *Harprecht. §. 1. J. de ius per quos ag poss. n. 8.* Et hoc de nostri temporis quoq; militibus exaudiendum, *Gail. lib. 2. obs. 118.* Servus, *l. 33 ff. eod.* Potentiores, *l. 1. & tot. tit. C. ne lic. potentiorib.* Redemtores alienarum litium. *l. 15. C. de procurator.* Reus capitalium criminum, *l. 6. C. eod.* junctâ *l. 1. §. 6. ff. de postul. l. 5. § 1 ff de publ. judic.* reipublicæ causâ absuturus, & morbo sontico laborans, *l 54. ff. de procurator.* Infamis, *l. 1. §. 6. ff. de postuland. l 2. C. de dignitat. can 1. & 2 caus. 3. quæst. 7.* pulchrè *Bachov. ad Treutler. vol. 1 disp 9. th. 6. lit f.* Dominus in re propriâ, nisi detur respectu juris quod tertius in re suâ habet. *Wesenbec. ff. de procurator. n. 4. propè fin.* Quid de minore 25. annis? Respondemus distingvendo. De jure civili illum procuratorem esse posse putamus. *§. 5. I. quib. ex caus. manumit. non lic. l. 1. §. 3. ff. de postuland.* Jure Pontificio à Procuratoris officio illum arcemus. *c. 5. § fin. de procurator. in 6. Bocer. class. 6. disp. 6. th. 24. ed. 2.* His igitur & similibus personis Exceptiones, quæ dicuntur procuratoriæ, *§. 11. J. de except. l. 3. in fin. ff. eod.* obstare solent, eæq; quia dilatoriæ ante litis contestationem opponendæ, *dd. ll.* si enim opposita non sit Exceptio, post judicium cœptum amplius opponi non potest. *l. 13. C. de procurator. l. 8. §. 2 ff. eod.* etiam in causâ appellationis. *d. l 13.* Qvod verum arbitramur cum *Zanger. p. 2. c. 8. n. 90.* si ejusmodi exceptio non reddat processum retro nullum: qvalis est omnis Exceptio quæ oritur ex inhabilitate, ob aliquam intrinsecam qualitatem alicui adhærentem. *d. l. 13. d. l 8. §. 2.* At quando Exceptio procuratoria, ex personâ procuratoris dati proveniens, reddit processum retro nullum, tum illa non modo ante, sed [illegible] litis contestationem, etiam in causâ appellationis & ex[illegible] ipsâ objici potest. *Vant. in tract. de nullit. sentent. tit. de n[illegible] compar. n 134. & seq.*

II. Procuratorem dare non possunt, Filiusfami[illegible] *procur.*, Servus, *l. 33 in pr. & § 4. ff. eod.* Mutus & surdus

prorsab hostibus. *l. 15. ff. ex quib. caus. major.* Excommunicatus, *c. ult. x. de procurator. c. 12 x. de except.* Procuratores, tutores, curatores ante litem contestatam, *l. 11 C. eod.* plures coheredes inter se judicio familiæ erciscundæ contendentes. *l. 42. § pen. ff. eod.* & similes personæ edicto Prætoris de procuratoribus, procuratorem dare prohibitæ. Et hæc Exceptio dilatoria est, & ante litem contestatam opponenda, *l. 3. in fin ff. de except.* quanquam etiam post eam objici possit, si nimirum reddat processum retrò nullum. *Zanger. p. 2. c. 8. n. 107.*

(*f*) Causæ quædam sunt, quæ procuratorem non recipiunt. Qualis est actio in factum de liberis; ex parte agentis. *l. 40. in pr. ff. de procurator.* Actio popularis, *l. 42. in pr. ff. eod.* Judicia publica, *l. 13. §. fin ff. de public. judic.* item non publica sed criminalia, quæ ejusmodi ut pœna usq; ad relegationem damnato queat imponi *l. 1. ff. an per al. caus. appellat.* Quod tamen limitatur à Dd. 1. Si reus absentiæ causâ defendatur, *l. 71 ff. de procurator.* 2. Si quis suam suorumq; injuriam proseqvatur. *Bart. in l. 42. ff. eod.* 3. Si actio criminalis civiliter sit instituta, puta ad pœnam pecuniariam, *arg. l. un. C. quand. civil. act. præjud. crim. Wesenbec. ff. de procurator. n. 5.* Quod autem de judicio publico & criminali dictum fuit, id moribus nostris in persona rei etiamnum observatur: à parte autem accusatoris indistinctè procuratorem admitti planum facit Ordinatio *Crim. Carol. V. in c. 12.* de quo *Chilian* König *in process. judic. cap. 47.* Quid verò de judiciis famosis, dicendum, nunquid in iis jure civili adhiberi poterit procurator? Aut certa pœna hisce præstituta est, quæ minor relegatione, & procurator recipitur, *arg. l. 1 ff. an per al. caus. appellat.* Aut pœna est arbitraria, & procurator merito repudiatur, cum pœna arbitraria ad mortem usq; possit extendi, *arg. l. 9. ff. de extraord. crim. Wesenbec. d. l. n. 5.* Deniq, quasi corollarii loco notandum, Exceptiones hasce adversus Syndicos Universitatum, Advocatos, œconomos, tutores, curatores &c. etiam competere. *Zanger. p. 2. c. 8. in fin.*

Thes. XVI.

[illegible] d causam sivè actionem ipsam spectant [illegible] ones præjudiciales (*a*) item Exceptio [illegible] ionis (*b*) pacti conventi temporalis [illegible] ndentis (*d*) libelli generalis, inepti &

obſcuri (*e*) competentiæ (*f*) excuſſionis & cedendarum actionum (*g*) ſub obreptionis (*h*) ſpolii (*i*) ineptæ cumulationis (*k*) appellationis non devolutæ atq; deſertæ (*l*) & tandem ſatisdationis (*m*) ac gvarandæ (*n*).

(*a*) Hisce reus actorem ita removet, ut dicat, per actionem ab adverſario inſtitutam principaliori præjudicium non fieri oportere, *l.18 ff. de except. l. fin. C. de ordin. judic l. fin. C. de petit. hered. l 1. §. 1 ff. famil erciſc.* Majus enim minus ad ſe trahit, & prius judicandum de majori quæſtione, quam ad minorem fiat progreſſus, *dd. ll. Fulv. Pac. lib. 1. de probat. c. 58. n. 73.* Quomodo autem major quæſtio in judicium deducatur vel à parte actori, vel à parte rei, pulchrè declarat *Zanger. p. 2. c. 10. n. 4. & ſeqq.* Dum igitur locum habet *Exceptio præjudicialis*, quando inter easdem perſonas actio minoris momenti inſtituitur. *dd ll. Reyer. in proceſſ. d. §. 4. th 24.* niſi ſub conditione in eodem libello, id fieret. *Zanger. d l. n. 8.* Nunquid verò hæ Exceptiones reales ſint an perſonales? Exemplo actionum præjudicialium illas reales eſſe ſtatuimus. *Rimer. decad. 3. quæſt. 2. & 3.*

(*b*) Plus petitur quatuor modis, Re, Tempore, Loco & Causâ *§. 33, 34. & 35 J. de act.* Olim plus petens hiſce quatuor modis uniformi pœnâ afficiebatur, ita ut causâ caderet prorſus, Hodie tamen ex conſtitutione Zenonis & Juſtiniani hæc pœna immutata eſt. Si enim Actor tempore plus petat, promiſſor aut debitor totum tempus dilationis à tempore contractus inchoando, usq; ad diem ſolutioni deſtinatum in duplum habet, ita ut nec uſuras præſtare, nec etiam duplicato tempore litem ſuſcipere teneatur, niſi ſumtus litis in priori inſtantiâ facti ab adverſario ipſi refundantur. *l. 2. C. de plus petit. c. un. x. eod.* Reliquis verò tribus modis ſi plus petitum fuerit, ſi fortè ex hac causâ damnum acciderit ei contra quem plus petitum fuerit, commiſsâ tripli condemnatione petens punitur. *l. 2. [illegible] fin. C. eod. § 35. J. de act.* Unico tamen caſu adhuc hodie quis cau[illegible] cadere poteſt, ſi nimirum cautionem debito majorem doloſ[illegible] gerit, & reum in judicium vocaverit, tunc toto debito cadit.

fraudis, ante litem contestatam; eum pœniteat. *l. fin. C. eod.* Sed quæstionis est, nunquid pœna illa tripli ex novis legibus cesset, si actor clausulam (*salvo jure superflui*) adjecerit? Neg. *arg. l. 38 ff. pact. Treutler p 2. d. 26. th. 4. lit. b.* Præter has pœnas quoq; Reus opponens Exceptionem hanc ante litem contestatam (Dilatoria quippe est) ab instantiâ absolvitur, & Actor in expensas condemnatur, modo de hac Exceptione, vel confessione adversarii, vel instrumento debiti, judici constare possit. *l. fin. C de plus petit.* Quod si post litis contestationem eam opponat, judici facultas datur procedendi in causâ principali, Reum aut absolvendo aut condemnando, inducias tamen ad solvendum duplicare, atq; Actorem in expensas condemnare tenetur. *Jason. in § 32. J. de act. Zanger. p. 2. c 11. n 12. & seqq.*

(c) *§. 10 J de Except. l 3 ff. eod.* Quæ cum dilatoria sit, ante litem contestatam ut objiciatur necesse est: nam non statim absorbet actionem, sed ad dilationem tantummodo impetrandam proficit; ne ante tempus solvere cogatur: aliquando tamen solvat, post illud nempè tempus, de quo convenit, finitum. *d. §. 10.* Competit autem Reo non tantum adversus creditores, qui hanc dilationem expressè indulserunt, sed & adversus reliquos, modo concedentium major pars fuerit, cum minor pars, nisi ampliorem debiti cumulum habeat, majorem sequi cogatur. *l. fin. C. qui bon. ced. poss. Coler. in process. execut. part. 1. cap. 4. n. 16* Exceptioni huic adjacet Exceptio moratoria, quæ ab Imperatore non nisi ex legitimâ & urgenti causâ, *d. l fin. l 2. l. 4 C de prec. Imp. offer.* conceditur iis, qui quocunq; casu adverso facultatibus exuti, magnum aliquod damnum perpessi sunt, non verò decoctoribus, qui bona sua abligurierunt *Hilliger. ad Don. lib. 22 cap. 9 lit. H.* à Principibus quoq; in suis terris hæc Exceptio conceditur, non tamen nisi præstitâ cautione de solutione in termino facienda. *l. 4. C. de prec. Imp. offer.* Num verò hæ induciæ fidejussoribus quoq; prosint, disquiri solet? Neg. *arg. § fin. J. de replicat.* personalis enim est, & per consequens ad fidejussorres non extendenda. *c. 7. de R. J. in 6. §. 6 J. de J. N. G. & C.* stricti quoq; juris, propterea nec de personâ ad personam trahenda. *Coler. de process. execut. part. 1 cap. 4. n. 19.* Effectus ejus est, ut debitores bonis cedere necesse non habeant. *Mynsinger. § fin. J. de act.*

(d) Dilatoria est hæc Exceptio, & utitur eâ reus, si lis de ea re

quæ-

quæ in judicium deducitur alibi, h. e. coram alio judice pendeat. Sed cum plura de hac supra *th 11. lit. b.* dicta sint, etiam bene bis coctam hic apponere supervacaneum erit. de illo saltem disquirendum, *an per sequestrationem bonorum*, aut capturam alicujus tanquam de fugâ suspecti, item per judicium ex necessitate susceptum inducatur litis pendentia? Neg. *Zanger. p. 2. c. 13. in fin.*

(*c*) Exceptio hæc contra libellum, qui Reo supplicante & petente in scriptis est offerendus, in primordio litis opponitur, ideò quia libellus vel obscurus & generalis reperitur vel ineptus. *Zanger. p. 2. c. 14. in pr.* Libellus generalis & obscurus est, e.g. Si quis fundum in genere, omisso nomine fundi & loco, vindicet: vel si quis Titio, qui plures ejusdem nominis servos, puta Stichos habeat, Stichum petat, non adjiciens alia, ex quibus subsumi posset, quem sibi aut dari aut restitui velit, &c. Actor tamen ambigua & obscura, etiam post litem contestatam, explicare & declarare potest. Quod procedit in causis civilibus & ordinariis. Secus se res habet in causis criminalibus atq; summariis. In illis enim libellus generalis & obscurus ipso jure nullus est. *Jason. in l. 1. n. 2. 3. & 4 ff. de edend.* In his verò non nisi Reo opponente rejicitur. *Marant in spec. part. 4. dist. 9. n. 13.* Reperiuntur tamen casus, in quibus generalis quoq; libellus admittitur, utpotè in judiciis universalibus, petitione hereditatis, *Wesenbec. ff. de heredit. petit n. 8.* & aliis quam pluribus actionibus & causis, quas adducit *Zanger. d. l. n. 8. & seqq.* Libellus autem *ineptus* multifariam appellatur 1. In quo nulla petendi seu agendi causa expressa est. *Gail. lib 1 obs. 61. in pr.* In qualibet autem actione duplicem esse causam constat, remotam & propinquam. In actione personali causa propinqua est obligatio. *l. 42. §. 2. ff. de procurator.* causa verò remota contractus. text. in *l 2 l. 25 ff. de O & A §. un. J de oblig. ex consens.* Remotam in actione personali exprimere sufficit, quia ex causâ remotâ præsumitur proxima, sc. obligatio: sed sola expressio causæ proximæ non sufficit, quia talis libellus esset incertus, & per consequens ineptus, eò quod non concludat certum jus agendi, nec reus deliberare possit, causâ remotâ non expressâ, an cedere, vel contendere velit. *c. fin. x, de libell oblat.* In reali verò actione, causa proxima est dominium. *l. 23 ff. de R. V.* remota, ipsum factum ex quo causatur dominium, seu ipsum jus agendi. Et in hac actione

reali

reali causam proximam exprimere satis est, ex communi Dd. sententiâ: talis quippe libellus ideo valet, quia Reus conventus ex eo certior redditur, utrum cedere an contendere velit *Gail. lib. 2. obs. 61. n. 3. & seq.* 2. Ineptus dicitur libellus, si vel nomine Actoris, vel Rei, vel Judicis careat. *Zanger. d. l. n. 17.* 3 Ineptus perhibetur libellus, si conclusio omissa aut talis ei adjecta sit, quæ partes quæstionis non complectitur, nec eam concludit. tota quippe vis libelli in conclusione fundata est *Gail d. l. n. 14.* Et hoc verum est in causis civilibus: secus se res habet in causis criminalibus, ubi sola facti narratio, absq; aliâ petitione vel conclusione admittitur. *Ratio*, quia in criminalibus nihil concluditur dari vel fieri parti: nam aut pœna est corporalis, & applicatur corpori: aut pecuniaria & fisco debetur. *l. 3 ff. de termin. mot. Gail. d. l. n. 18.* 4. Tandem libellus tanquam ineptus rejicitur, si contra eum excipiatur, quod non contineat locum, annum & mensem delicti perpetrati, sive agatur de delicto privato etiam civiliter, ut injuria, sive publico, adulterio, aut alio. *l. 3 ff. de accusat.* Effectus hujus Exceptionis oppositæ est, quod judex Reum ab instantiâ absolvere, Actorem verò in expensas condemnare debeat. Sin autem hac Exceptione omissâ, ad libellum Actoris Reus responderit, ac litem contestatus fuerit, postea audiri non debet, ita ut judex libelli ineptitudine haud obstante, si modo de jure Actoris certior factus sit, pro Actore judicare possit. *Vid Zanger. in pr. d. l. Boer. decis. 42. n. 19.*

(f) Exceptio hæc licet post litem contestatam, etiam in ipsâ executione, possit opponi: verius tamen est dilatoriam eam esse, per rationes quas assignat *Zanger. p. 2. c. 15. n. 5. & seq.* Competit autem parentibus adversus liberos, & vice versâ, fratribus adversus fratres. *l. 16. l. 17. ff. de re judicat.* patrono patronæ eorumq; liberis & parentibus. *d. l. 17. §. 38 I. de act.* socio contra socium. *d. l. 16. l. 63 ff. pro socio. d. §. 38.* militi. *l. 18. ff. de re judicat.* donatori *l. 12 ff. de donat.* ei qui bonis cessit. *l. 4. ff. de cess. bonor.* exheredato, & ei qui paternâ hereditate se abstinuit. *l. 49 ff. de re judicat.* marito, *§. 37 I. de act l 12 ff. solut. matrimon Zanger d l n. 17. & seqq.* ubi octo ampliationes pro marito affert. Generaliter autem hac Exceptione utuntur ex quocunq; etiam contractu conveniantur: excepto socio, donatore & filio familias exheredato, aut qui paternâ hereditate se abstinuit. Socius enim non nisi ex causâ societatis, *§. 38. J. de act.* donator tantum ex donatione suâ, *l 12. ff. de donat.* filius

lius

lius familias tantum ex contractibus quos in patria potestate existens inivit, voluntate aut jussu patris, *l.2. ff. quod cum eo, qui in al. potest. l.2, C. eod.* si conveniantur, Exceptione hac & beneficio gaudent. *Zanger. d.l. n.49 & seq.* Porro tribus casibus Exceptione hac Reus uti nequit. 1, Si dolo fecerit quo minus facere possit. *l. 22. §. 1. in fin. l. 52. ff. de re judicat.* Solâ personâ parentis vel patroni exceptâ. *l.5. l. 7. ff. de obseq. parent. & patron. praest.* 2. Non uti potest hâc Exceptione in iis casibus, in quibus in solidum condemnari debet: veluti si socius se socium esse negaverit. *l.22. §.1. ff. de re judicat* 3. Si huic Exceptioni renunciaverit *l. pen. C. de pact.* Tandem sciendum est, si quæratur, an & quatenus personæ facere possint, spectandum esse tempus rei judicatæ. *l.15. ff. solut. matrimon. vid. Umm. in process. disp. 8. th. 4. n. 31.*

(g) Excussionis sive ordinis Exceptio dilatoria est, & ante litem contestatam opponenda, *Gometz. lib. 2. var. resolut. cap. 13. n. 14.* quamvis etiam in qualibet judicii parte, æquitate ita suggerente, queat opponi, *Gail. lib. 2. obs. 27 n.3.* Utuntur autem hac Exceptione 1. *Fidejussores* qui pro alio intercesserunt, quâ objectâ petunt, principalem prius excuti debere. *Auth. præsente, C. de fidejussor.* Multi tamen reperiuntur casus, quibus Exceptioni huic locus non sit. 1. Si fidejussor renunciaverit huic beneficio *l. pen. C. de pact. Hering. in tr. de fidejussor. p.1. c.27. n.186.* Sed nunquid fidejussor beneficio huic renunciasse existimetur, si mediante jurejurando se obligaverit? Neg. *Franc. in tr. de fidejussor. c.5. n. 386. & seqq.* 2. Si fidejussor tanquam principalem se obligaverit. *Coler de process. execut p.1. c.10. n. 307. Gail. lib. 2. obs. 28. in fin Zanger. p.2. c.16 n.15. Berlich p. 2. conclus. 23. per tot.* quamvis de jure Saxonico aliud videatur inductum. *Constitut.* Augusti, *part. 2. constit. 18.* & ibi *Dn. Carpzov. defin. 2. in pr.* 3. Si debitor principalis in longinquis regionibus sit absens, ita ut sine magno negotio & difficultate conveniri non possit. *Auth. præsente, C. de fidejussor. Gail. lib. 2. obs. 27. in fin. Dn. Carpzov. d.l. defin. 11.* vel bona ipsius in alio territorio sita sint. *defin. 14.* 4. Si fidejussor fidem suam interposuisse inficietur, mendaciiq; deinceps convincatur. *l.10. § 1 ff. eod. Dn. Carpz. d. l. defin. 6.* 5. Inter mercatores. *Dn. Carpzov. d.l. defin. 7.* 6. Si fidejussor intercesserit pro muliere, Principe, fisco vel communitate. *Dn. Carpzov. d. l. defin. 8. & 9.* 7. Si duo correi debendi. *l.2. l.3. § ult. ff. de duob. reis constit. Dn. Carpzov. d. l. defin. 10.* 8. Si fidejussor principali succedat. *l. 24. C. de fidejussor.*

fidejussor. Dn. Carpzov. d. l. defin. 13. 9. Si debitor notoriè non sit solvendo. *l. 6. ff. de dol mal. Dn. Carpzov. d. l. defin. 15.* 10. Si quis possideat fundum qui creditori specialiter hypothecatus. *Nov 112. c. 1 Berlicb. p. 2. conclus. 24 n. 71. Dn. Carpzov. d. l. defin. 18.* 11. Si quis rem alii hypothecatam sciens emerit. *Dn. Carpzov. d. l. defin. 19.* 12. Si pater pro filio fidem suam interposuerit. *l. 3. §. 4. vers. proinde. ff. de minor. Gail. lib. 2 obs. 37 n. 33.* His & similibus modis, qui videri possunt apud Dd. fidejussor à beneficio excussionis vel ordinis excluditur. 2. Deinde excussionis vel ordinis Exceptio locum sibi vendicat inter *tutores*: & 1. quidem, si pluribus constitutis tutoribus vel curatoribus, inter quos tutela vel cura à testatore aut magistratu divisa non est, alter ipsorum gesserit. quamvis enim non gerens non minus tenetur quam si gessisset, *l. 1. C si tutor. vel curator.* Exceptione tamen ordinis defendere se poterit, ut antequam ad ipsum perveniatur excutiendus sit, & qui gessit, *l. fin. C. dict. tit. l. fin. C. de divid. tutel.* & magistratus qui impertinenter eum dedit. *tot. tit. ff. de magistrat. conveniend. Wesenbec ff. de administrat. & peric. tutor. n. 8.* 2. Si tutores & curatores omnes simul & pariter gesserint, & culpâ vel dolo alterius quid gestum aut neglectum sit, alter verò dolo & culpâ careat. *Boer. decis. 59. n. 4.* 3. Si non pariter & simul, sed & separatim gesserint, & ita quidem ministerium ex conventione diviserint, periculum autem non mutarint. *Zanger. p. 2. c. 16. n. 20.* 4. Si tutores sint diversi generis, utpotè si alter dativus alter testamentarius sit. *Hartm. Pistor. in lib. quæst. jur. civil. & Sax. quæst. 6. n. 16.*

Excussionis vel ordinis Exceptioni similis est *Exceptio cedendarum actionum*, quæ datur fidejussoribus, ut eis creditor actiones, contra confidejussores cedat. *l. 36. ff. de fidejussor.* cujus legis vi intrepidè asserimus, Exceptionem hanc, non modo ante, vel in ipsâ solutione, sed etiam ex intervallo post factam solutionem, ritè posse opponi. non obstante *l 76. ff. de solutionib. Hering. in tr. de fidejussor. c. 28. n. 38. & seqq Franç. ibid. c. 5. n. 484. & seqq.* Sed nunquid fidejussori solidum solventi, actio in solidum, an pro parte virili, à creditore adversus confidejussores cedi debeat, controversum est? adhibitâ distinctione quæstionem hanc expediemus. aut renunciatum est beneficio divisionis, aut non. priori casu à singulis solidum petere potest, suâ tamen parte detractâ. *Coler. de process. execut. p. 2. c. 2. a. n. 18. usq. ad n. 19.*

 poste-

posteriori casu cum *Franc in tr. de fidejussor. c. 5. n. 490. & seqq.* duas conclusiones ponimus. Prima est, fidejussori qui solidum solvit, ita cessio actionum à creditore facienda est, non ut eam portionem, quæ ipsum solventem contingit, sed eas tantum partes quas extra suam solvit, à confidejussoribus recuperare queat. Altera hæc est, si fidejussori solventi actio à creditore cessa fuerit, eam non ita adversus confidejussores exercere potest, ut extra suam portionem, solidum ab eo, quem convenit, consequatur: sed ut ratas seu viriles portiones exigat. *Franc. d. l.*

(*b*) Exceptio hæc, quæ mendaciorum dicitur in *l. 2. C. si contra jus vel utilit. publ.* & dilatoria & peremtoria rectè dicitur. *Dilatoria* si mandatum & rescriptum ipsum falsitatis arguatur: *Peremptoria*, si contra rescripto contenta excipiatur. *Zanger. p. 2. c. 17. n. 4.* Opponitur autem literis, inhibitionibus, rescriptis atq; mandatis Principis aliorumq; judicum ad falsam affirmationem supplicantis emissis, sive in juris narratione, sive in facti, sive in tacendi fraude mendacium deprehendatur. *d. l. 2. C si contra jus vel utilit. publ.* Mandata in duplici sunt differentiâ. Aut enim sine clausulâ justificatoriâ, aut cum clausulâ decernuntur. *Mandata sine clausulâ* etsi regulariter de jure non valeant, cum ab executione non sit inchoandum, *l. 1. C. de execut. rei judic.* Generaliter tamen, quoties casus omni jure est prohibitus, vel factum tale, quod nullo jure justificari potest, tunc decernuntur mandata sine clausulâ: puta, si præceptum fieret super eo, quod etiam alterâ parte invitâ & præsente concedi deberet: nam quoties actus explicari potest aliquo præsente invito, tunc potest etiam eo absente, ignorante & non citato fieri. *text. in l. 4. §. 3 ff. de fideicommiss. libertat. Gail. lib. 1. obs. 13. n. 3.* De hisce mandatis disputant Dd. numquid eis rectè opponatur Exceptio sub & obreptionis? Quod ipsum affirmamus. mandata quippè talia hanc habent conditionem, *si preces veritate nitantur.* Et licet regulariter de potestate Principis disputare non liceat, cum hoc instar sacrilegii sit: de voluntate tamen & scientiâ Principis disputare non est prohibitum. ratio, quia nonnunquam malè instruitur Princeps, & nunquam præsumitur Principi aliquid placere, nisi quod justum & verum est. *c. 2 x. de rescript. l. 7. C de prec. Imp. offer, l. 3. C si contra jus vel utilit. publ. Gail. lib. 1. obs. 14.* Effectus mandati sine clausulâ est, ut non resolvatur aut evanescat præsertim quoad pœnam, comparitione citati. *Zanger. d. l. n. 14.* Mandata *cum clausu-*

clausula non statim ligant Reum ad obedientiam præstandam, cum eo comparente resolvantur in vim simplicis citationis: poterit igitur in termino de sub & obreptione excipere, aut alias causas, ob quas mandatum annihilandum sit, in medium proferre, atq; ita tota causa peragitur, non aliter atq; simplex citatio emanasset, ita ut Actor condescendere nolens, ad pœnam vel executionem mandati saltem agendo non audiatur, sed imponitur ipsi prosecutio causæ principalis, quamvis in libello principalem simul causam deducere, & pœnam petere non prohibeatur. Quo facto & causâ taliter discussa per sententiam mandatum vel infirmatur vel confirmatur, aut si non in omnibus in aliquibus saltem mandato parendum. *Zanger. d. l. n 29 & seq.*

(r) Exceptio hæc cum dilatoria sit, & judicium saltem differat non autem in totum declinet, ideo ante litem contestatam objicienda, & intra quindecim dies, à die factæ propositionis, probanda, non solum de jure communi, *c. 1. de restitut. spoliator. in 6.* sed etiam Saxonico, *Constit. Elect. 6. p. 1.* ratio, quia hæc probationis species est privilegiata. probari autem potest non tantum instrumentis, sed & testibus, *Dn Carpzov. p. 1. Const. 6. defin. 3.* excepto instrumento confessato: Exceptio enim spolii huic opposita, præcisè instrumentis, non testibus, probari debet, *Dn. Carpzov. d l. defin. 5.* Sed quid si Reus in probationibus deficiat, annon conscientiæ Actoris Exceptionem spolii committere poterit? Non sanè; quia spolium rarò, vel nunquam sine dolo committitur. *Gail. de arest. c. 5. n 10.* atqui in casibus, in quibus dolus arguitur, delatio juramenti locum non habet. *Dn. Carpzov. d. l. defin. 10.* Quamvis verò dilatoria sit hæc Exceptio, post litem tamen contestatam objici quoq; poterit, si fortè de novo spolium factum proponatur. *Mascard. de probat. vol. 2. concl 881. n. 1 & 2* aut reus fidem faciat juramento, spolium ante litis contestationem factum ad ejus notitiam, judicio demum accepto, pervenisse. *c. 4. x. de except. Dn, Carpzov. d. l defin. 6.* Exceptione porro hac opposità Reus dicit, se non esse obligatū ad respondendum, nisi ipsi prius res ablata restituatur, spoliatus quippe ante omnia restituendus. *c. 2. x. de ord. cognit.* Nec refert civiliter ac criminaliter agatur, & an spolium factum sit in eâ re, de quâ Reus in judicio convenitur, an in alia re, utroq; enim casu Exceptio hæc admittitur. *Zanger. p 1. c. 18. n. 5.* neq;

hoc considerandum, de qua re sit actio instituta, an super possessione, an proprietate. *Umm. in process. disp. 8. th. 4. n. 24.* Inveniuntur nihilominus certi casus qui Exceptionem nostram exulare faciant. e. g. Si Reus ex causâ depositi, & contractu, juramento vallato (modo ab initio Reus esset spoliatus, atq; sciens præstitisset juramentum) conveniatur, vel super causâ matrimoniali vel Ecclesiasticâ agatur, vel deniq; Actoris intentio sit notoria, quemadmodum hoc latius ad *d. c. 2. x. de ord. cognit. Kling. n. 17. & seqq. & vulgo Dd. referente Umm. d. l.* declarant. Datur hæc Exceptio Reo spoliato, ejusdemq; heredibus & successoribus. *arg. l. 1 §. 13 ff. de vi & vi armat.* contra eum: qui spoliavit ipse, vel jussit spoliare, vel spolium ratum habuit. *Marant. in process. p. 4. dist. 6. n. 44.* Contra heredem tamen & successorem non competit, nisi de eo quod ad ipsum pervenit, aut dolô ejus factum sit quo minus pervenerit. *arg. l. 1. §. ult. ff. eod. Menoch. de recup. poss. Remed. 1. n. 50. & seqq.* aut nisi ille successor sit in dignitate. *Zanger. d. l. n. 9.* multo minus datur contra tertium possessorem *Dn. Carpzov. d. l. defin. 9.* præterquam si actio instituta sit criminalis, non notoria, & Reus non in exiguâ parte bonorum, sed omnibus bonis, vel majori saltem parte, spolium sustinuerit. *c. 1. de restit spoliat. in 6. Umm d. l.* Corollarii loco quæri poterit, nunquid hæc Exceptio executioni paratæ vel instrumento gvarentigionato possit opponi? Cardo quæstionis in eo vertitur, an instrumentum gvarentigionatum præter solutionis & compensationis, alias admittat Exceptiones? Quod licet negare videatur *Ordinat. Provinc. de Anno 1526. tit.* Versatzt Brieff vnd Siegel. *Ordinat. Nov. judic. de Anno 1622. tit. 39* §. Wann aber das Vrtheil. Affirmativæ tamen subscribimus, per textus claros in *Ordinat. Polit. de Anno 1612. tit.* Von Justitien Sachen. *n. 19.* § Dieweil denn dieses sachen. *vers.* Das Inhalts der Landes-Ordnung. & *Ordinat. Torg. de Anno 1583. sub. tit.* Von Wucherlichen *contracten. Dn. Carpzov. d. l. defin. 4. item const. 8. defin. 17. Berlich. p. 1. conclus. 84. n. 4. & multis seqq.*

(*k*) Plures actiones coacervari posse ex *l. 11. ff. de jurisdict.* constat. inde nata est Exceptio ineptæ cumulationis, quæ dilatoria & ante litem contestatam opponenda, nisi fortè ea cumulatio redderet judicium retro nullum, tunc enim post litem quoq; contestatam admittitur. *Zanger. p. 2. c. 19. in pr.* Cumulationis autem verbum in genere hic accipimus, ut actionum & Concursuum, & earundem Cumulatio-

lationem, in specie ita dictam, sub se comprehendat. de singulis in specie agemus. & 1. de Concursu.

Est igitur *Concursus duarum vel plurium actionum, in personâ unius agentis, adversus eundem, circa eandem rem, ex unâ vel pluribus factis aut causis, competentia successiva.* Hac definitione igitur probè pensitatâ, requisita veri Concursus facilè colligi poterunt. Quo in ordine 1. Hoc *requisitum* ponimus, ut duæ actiones competant de unâ eademq; re. Exemplum in *l.2.§.1.& 2. ff. de privat. delict.* ubi qui servum alienum surripuit & occidit, duplici actione tenetur, quia surripuit, furti, quia occidit, Aquiliâ: qui rapuit & occidit, vi bonorum raptorum & Aquiliâ. Notandum tamen, licet una eademq; res requiratur: non item tamen necessarium esse, ut actiones ex eadem re concurrentes, etiam dentur ad eundem finem, ad idem consequendum. Sic in *d.l.2.§.1.* actio furti datur in duplum vel quadruplum: actio L. Aquiliæ ad aliud datur, puta æstimationem faciendam ex primo capite, juxta *§.9.& 10.J.ad L. Aquil.* & interdum ad duplum, si occisum esse servum inficiatus fuerit. *§.26.J.de act. Hilliger.ad Don.lib 1.c.4.lit.A.& B.* 2. Requiritur, ut concurrant plures actiones inter easdem personas, i. e. eidem adversus eundem, ut unus idemq; plures actiones intentare possit, unus idemq; plures ab eodem excipere cogatur. 3. Ut duæ actiones utræq; competant, non alterutra tantum, h. e. ut dicatur hanc & illam actionem dari, ut in casu *l 34. pr ff de O.& A.l 5.§.1.ff.ad L.Aquil.* & Aquiliam & actionem injuriarum dari: in casu *l.2.ff.de privat. delict.* & actionem servi corrupti & furti: in casu *l 7.§.1 ff.de condict.furt.* & actionem furti & condictionem furtivam. 4. Ut unâ concurrentium actionum, electâ & intentatâ, altera non consumatur aut tollatur. Exempla *in l 2 §.1.ff de privat.delict.l 60.ff.de O & A l.16 ff.eod l.45.ff.pro soc.l.2.§.1.ff. de tut.& rat.* Concursus enim introductus est, ut laxior sit agendi facultas. *l. 76.§. 8.ff.de legat.2.* laxior verò agendi facultas tunc propriè est, quando non unâ tantum, sed utraq; experiri licet. 5. Ut concurrentes actiones successivè proponantur, non simultaneè in uno libello eademq; formulâ. & huc spectat *l.43 §.1 ff.de R.J.* quod egregiè ad oculum demonstrat *Hilliger.d.l lit.D.* Concurrunt autem varii generis actiones. Actiones rei persecutoriæ reales tantum. *l 14.§. 2.ff.de except. rei judicat:* actiones reales cum personalibus. *l.3.§ ult.l.4.ff.de R.V.* actiones

perso-

personales reipersecutoriæ ex contractu vel quasi. *l.43.l.47.ff.pro soc. l.18 ff.de O & A.l.10.ff.de act.emt.* actiones merè pœnales tantum inter se *l.25.ff.de injur.* actiones merè pœnales cum persecutoriis. *l.7.§.1. ff de condict.furt.l.29.ff de posit.l.45 ff pro soc.l.42.ff locat.* actiones mixtæ pœnales inter se tantum.*l.2.§.2.ff de privat.delict* actiones mixtæ pœnales cum merè pœnalibus.*l.27.ff ad L.Aquil.* actiones rei persecutoriæ cum mixtis pœnalibus.*l.7.§.ff.1.commodat.l.34.§.ult ff.de O & A.* Si tamen actio mixta pœnalis prius fuerit intentata, rei persecutoria in totum consumitur: si verò rei persecutoria prius fuerit intentata, actio mixta pœnalis eatenus absorbetur, quatenus rei persecutionem in se continet, quoad pœnam salva nihilominus remanet. Actiones civiles & criminales. *l.un.C.quand.civil.act.crim.prajud* & est ratio, cum ad diversa tendant hæ duæ actiones. In his igitur & similibus actionibus concurrentibus, si deficiant requisita modo adducta, locum habet Exceptio inepti Concursus. Nunc ad *Cumulationem in specie* dictam, quam ita definire lubet: Quod sit *plurium cognatarum actionum, ratione unius rei adversus eundem competentium, in uno libello simultanea propositio.* Ex quâ definitione de requisitis judicium fieri potest. Requiritur autem 1. Actionum cognatio sive connexio. Nam e.g. actionis mutui cum actione exemto, aut aliâ prorsus non cognatâ, licet uno processu proponi possit, Cumulatio tamen esse vel dici nequit. 2. Competentia plurium actionum conjunctiva, non alternativa vel disjunctiva. 3. Diversæ quidem sint actiones, cognatæ tamen nec contrariæ, sed intentioni Actoris justè concordantes, ita scil. ne ex Cumulatione earum contrarietas resultet & Actor quod in unâ negat in alterâ juxta naturam actionis affirmet. Exemplum in *l.1.C.de furt.* in cujus facti specie dum *furti* agit dominus, eo ipso improbat, quod à servis & emtoribus gestum: dum *mandati* experitur, factum eorum approbat. Alia exempla ineptarum Cumulationum, in Petitione hereditatis, & Interdicto quod Legatorum: in quærelâ inofficiosi testamenti, & accusatione falsi: in interdicto retinendæ cum petitorio, videri possunt apud *Zanger. p.2.c.19.n.16.& seqq.* Remedio tamen *protestationis* adjecto, contrariæ quoq; actiones conjungi possunt: puta si Actor dubitet, quænam actio ipsi competat, & protestetur, se unâ earum, quòd petit, consequi velle, *Rosbach.prax.civ.tit.34.n.12.* Sicut & *alternativè & sub conditione,*

dicione, pugnantia quoq; remedia jungi possunt: e. g. res ipsa peti potest, aut si non extet æstimatio. *Rosbach.d.l.n.4.& seqq.* 4 Ne ex actionibus una præjudicialis sit respectu alterius. h. e. ne sententia absolutoria lata in unâ actione, pariat Exceptionem rei judicatæ in alterâ. Sic *actio furti & condictio furtiva* cumulatim intentari nequit, cum sententia absolutoria in actione furti lata, pariat Exceptionem rei judicatæ in condictione furtivâ. 5. Ut actiones cumulandæ ad diversa tendant: unde si utraq; actio eandem præstationem, & sic duplicem solutionem intendat, cumulatio nulla est. e.g. Si quis id, quod ex mutuo mihi debet, se soluturum mihi constituat. nam licet mihi adversus eum condictio certi, & actio constitutæ pecuniæ competat, tamen, si unâ earum consecutus fuerim debitum, altera tollitur, ac proinde non rectè hæ actiones in uno libello coacervantur. Quâ ratione etiam actiones ex duabus lucrativis causis competentes cumulari nequeunt: cum, quod ex unâ consecutus fuero ex alterâ petere non possum, quasi totâ obligatione tunc extinctâ. *Zanger.d.l.n.21.* 6. Tandem requiritur, ut à cumulatis actionibus utraq; principaliter & confestim decidi possit: unde si ventilatio & decisio unius necessario præcedat, ita, ut absq; ea, ad quæstionis principalis decisionem perveniri nequeat, cumulatio earum statuenda non est. Sic Judicii noxalis, cum judicio libertatis: quæstionis dominii, cum quæstione spolii: item quæstionis dominii cum servitutum, nulla cumulatio est. *Dn. Lentz. in diss. inaug. th.22.* Hisce requisitis cessantibus, actionibus coacervatis, Exceptio ineptæ Cumulationis, validè poterit opponi.

(l) Exceptio *appellationis* locum habet, cum vel ex certâ causâ ad judicem ad quem non fuerit devoluta, vel prorsus fuerit deserta. *Causæ*, ob quas ad judicem ad quem appellatio non devolvatur, variæ sunt. 1. Si res ipsa vel gravamen tale sit, quod appellationem non admittat. *Marant. in speculo p.6. n. 208. & seqq.* e. g. ab interlocutoriâ de jure civili appellare non licet. *l.2.ff.de appellat recip. l.2.C de Episcop audient. l.7.C quor. appellat. non recip.* quamvis de jure Canonico, *c.12.c.47.c 60.x.de appellat.* & observantiâ juris Saxonici, de quâ testatur *Dn. Carpzov. p. 1. Const 20. defin. 12.* aliud observetur. 2. Si quis nomine alterius, absque mandato appellet, ut Dominus pro subditis. *cap. 4. §. inhibemus. de privileg. in 6.* quod verum, quando

dominus pro subditis agit, vel eos defendit principaliter, ad utilitatem subditorum, ita ut jus ex actione institutâ, vel defensione susceptâ, ipsis tantum quæratur, tunc enim dominus non potest agere vel appellare absq; mandato. *d.c.4.* Secus se res habet, quando dominus agit nomine subditorum, eô quod ipsius, etsi non principaliter, tamen in consequentiam & aliquo modo intersit: putà si quis à subditis fortè collectas indebitè exigat, aut in culturâ agrorum domini turbet, &c. tunc rectè absq; mandato pro subditis agit, quia factum subditorum tangit dominum, & ipse dominus turbari atq; spoliari videtur. *arg. l. 11 ff. de vi & vi armat. Gail. lib. 1. obs. 125. per tot.* 3. Si appelletur ab eo, à quô provocare non licet, ut à Principe vel Imperatore, *l. 1. ff. à quib. appell. ar. non lic. Wesenbec. ibid.* quod ipsum ad Electores, Saxonicum imprimis & Brandeburgicum extenditur. *Dn. Carpzov. p. 1. Const. 20. defin. 23.* quamvis privilegium hoc de non appellando beneficium supplicationis & nullitatis nullo modo tollat, *Dn. Carpzov. d. l. defin. 24. & 25.* appellatio quippè & nullitas diversa sunt juris remedia & prorsus separata, ideo uno sublato, aliud adhuc superest. *Gail lib. 1. obs 135 n. 4.* 4. Si provocatio fiat ad eum, ad quem appellare non est concessum, puta omisso medio judice, vel delegante ad superiorem. *Zanger. p. 2. c. 20. n. 5.* 5. Si appellatio sit infra causam justæ summæ. Summa hæc fuit primitus quinquaginta florenorum Rhenensium, ita disponente *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 28. §. 4.* quæ postea in comitiis Spirensibus *anno 1570* celebratis, ad 150 florenos extensa est *Gail. lib. 1. obs 123. in pr.* Deserta dicitur appellatio, si appellans tempora appellationis interponendæ, introducendæ & prosequendæ non observaverit. *Auth. ei qui appellat. C. de appellat. Gail. lib. 1 obs. 139 cum tribus obs. seqq.* ubi tamen probè notandum, appellationem introductam pro desertâ non haberi, priusquam coram judice appellationis, contumacia appellantis, propter non factam justificationem, fuerit accusata. *Dn. Carpzov. p. 1. Const. 20. defin. 30.* Item, si intra 30. dies apostolos non petierit. *l. 24. C. de appellat. c. 6. eod. in 6.* quod tamen hodie tam præcisè necessarium non est, cum ex *Ordinat. Camer. p 2. tit. 20 §. 1.* sustineatur appellatio, etiamsi apostoli petiti non sint. *Gail. lib. 1. obs. 139. in fin.* Dilatoria autem est hæc Exceptio, & ante litem contestatam opponenda, per ea quæ tradit *Zanger. d. l. n. 6. & seqq.*

seqq. Desertâ porrò appellatione, judex appellationis super principali causâ, etiam partium accedente consensu, cognoscere & pronunciare non potest, quia ipso jure revolvitur jurisdictio ad judicem à quo, per *text.in Clemen.si appellationem. de appellat.* Super sententiâ tamen desertionis & condemnatione expensarum cognoscere potest. Judex enim appellationis jurisdictionem habet in cognoscendo, an sua sit jurisdictio, & utrum appellatio sit deserta. *text. in l. 2. §.6 l 5.ff.de judic.Gail.lib 1.obs.137.n 3.* quod procedit si appellatio coram eo fuerit introducta. nam si nondum introducta sit, cognitio hæc ad judicem à quo pertinebit, *arg. l. 8.C.de appellat.Zanger.d.l.n.11.* Sed quid si judex in sententiâ desertionis, expensarum condemnationem omiserit, anne ex intervallo ad instantiam partis adversæ condemnatio earum fieri poterit? Affirmamus. ratio quia expensæ, non officio judicis, sed jure actionis, nimirum condictione ex *c. 26. x. de appellat.* veniunt: quo casu expensæ peti possunt quandocunque, etiam diu post publicatam sententiam. *Gail.d l.n.6.*

(*m*) Quæ dilatoria est & ante litem contestatam proponenda *Zanger p.2.c.21.in pr.* Quapropter si in primo termino Reus eam opponere prætermisit, sequenti termino ulterius eâ audiri non debet. *Dn. Carpzov.lib.2.tit.7.Respons.76.* Satisdationum verò modus alius antiquitati placuit, alium novitas per usum fuit amplexa, ut dicit Imperator noster *in pr. J de satisdat.* qui ad duplicem cautionem obstrinxit Actorem. 1. Ut caveat Reo se litem contestaturum intra duos menses, & si hoc facere cessaverit, duplum præstiturum, si fortè quid damni ejus nomine Reo acciderit. *Nov. 96. cap.1.* 2. ut idoneum præstet fidejussorem, aut jurato promittat, se usq; ad finem litis permansurum, suasque intentiones producturum, & si fortè convictus fuerit, se injustè litem movisse, sumtuum & expensarum nomine decimam partem ejus quantitatis, quæ libello continetur, pulsato restiturum. *Novell. 112. c. 2. Auth. libellum. C.de lit.contest. Auth generaliter, C.de Episc.& Cleric.Dn. Carpzov.p.1.Const.5. defin.1.* De jure Saxonico Actor petente Reo tenetur satisdare de reconventione & expensis in eventum succumbentiæ. *Const.Elect.5 p.1.Dn.Carpzov.d.l.def.3.* Hanc autem cautio-

nem præstare non tenentur immobilia posſidētes, *l.15 ff. qui ſatisdar. cog. d. Conſt. 5. Dn. Carpz d.l. def. 2.* licet in loco judicii quo lis movetur actor non ſit poſſesſionatus. *l. 7. §. 1 ff. qui ſatisdar. cog. d. Conſt. 5. Dn. Carpz. d.l def. 3.* & ſola poſſesſio bonorū immobiliū absq; ulla oppignoratione revelat à ſatisdatione. *Dn Carpzov. d.l. defin. 4. item lib. 3. tit 7. Reſp. 78.* Quæ omnia in procuratore Actoris quoque obtinent. *Dn. Carpzov. d.l. defin. 5.* De eo dubitatur, nunquid Actor, qui in Electoratu Saxoniæ poſſesſionatus quidem eſt, extra Electoratum tamen domicilium habet, ad ſatisdationem obſtrictus ſit? Neg. *Dn. Carpzov. d. l. defin. 6.* Regula autem modo adducta; Immobilia posſidentem ſatisdare non compelli: variis modis ampliatur. 1. Ut talis poſſeſſor onere ſatisdationis gravandus non ſit, licet obæratus, aut bona creditori hypothecata fuerint. *l. 15. §. 6. ff de his qui ſatisdar. cog.* facit generalitas *d Conſt 5. Dn. Carpzov. d.l. defin. 14.* 2. Satisdare non tenetur poſſeſſor rei immobilis, super quâ cum alio litigat. *l. 15 §. 6 ff. qui ſatisdar. cog. Dn. Carpzov. d. l. defin. 15.* 3. Immunis quoque eſt à ſatisdatione poſſeſſor annuorum redituum. Expeditum enim eſt annuos reditus inter immobilia recenſeri, modo hi ad longum tempus debeantur. *l. 6 §. 1. C. de ſecund. nupt. Conſt. Elect. 24. p. 3. Dn. Carpzov. modo allegato loco defin. 16.* 4. Non ſatisdat poſſeſſor actionis ad immobilia competentis, Ejusmodi quippe actiones inter immobilia referuntur. *Gail. lib. 2. obſ. 11. num. 10. Dn. Carpzov. d.l. defin. 17.* 5. Non tenetur ſatisdare creditor pecuniæ hereditariæ, cujus dies nondum cesſit. ejusmodi enim nomen habetur pro immobili. *Dn. Carpzov. d.l. defin. 18.* 6. Non obnoxius eſt ſatisdationi poſſeſſor rerum mobilium pretioſarum. *Dn. Carpzov. d.l. defin. 19.* 7. Nec Vaſallus vel Emphyteuta, *l. 15. § 1. ff. qui ſatisdar. cog. Dn. Carpzov. d. l. defin. 20.* 8. Nec uſufructuarius de obſervantiâ Juris Saxonici, *Dn. Carpzov. d.l defin. 21.* quamvis ſecus ſit de jure civili. *d. l. 15. §. 1.* Summa hujus cautionis hodie in arbitrio judicis conſiſtit, qui pro qualitate & magnitudine cauſæ, modum ſatisdationis ſtatuere valet. *Zanger. p. 2. c. 21. num. 42. Dn. Carpzov. d.l. defin. 8.* Si verò Actor immobilia non posſideat, ſatisdationem hanc vel fidejuſſoribus datis *Weſenb. ff. qui ſatisdar. cog. n. 11.* quos idoneos eſſe oportet tam ex facultati-

bus

bus quam conveniendi facilitate *l. 1. & 2. ff. qui satisdat cog. Dn. Carpzov. d. l. defin. 7.* vel idoneis pignoribus *l. 21. §. ult ff. constit. pecun. Dn. Carpzov. d. l. defin. 8.* vel si probatæ sit existimationis, nec de dilapidatione & fugâ suspectus juratoriâ cautione expedire potest. *§. 3. J. de satisdat. Auth. generalitèr. C. de Episcop. & Cleric. Nov. 112. c. 2. Gail lib. 1. obs. 148. n. 6. Zanger d. l. n. 23. Dn. Carpzov. d. l. defin. 9.* Et hæc satisdatio exigi potest à personis cui reverentia debetur, qualis est pater, maritus, magistratus, *l. 2. § 1. ff. qui satisdar. cog. Dn. Carpzov. d. l. defin. 22.* Præstanda autem est hæc satisdatio etiã in causis criminalibus, *Dn. Carpzov. d. l. defin. 23.* in judicio reconventionis *Dn. Carpzov. d. l. defin. 24.* in processibus executivis, *Dn. Carpzov. d. l. defin. 25.* & summariis, *Dn. Carpzov. d l. defin. 26.* Non tamen in processu matrimoniali. *Joachim à Beust. in tr. de sponsal. p. 1. c. 22.* & judicio diffamatorio. *Dn. Carpzov. d. l. defin. 27.* quia diffamatus hoc in judicio agens, partes Rei sustinet. *Gail. lib. 1. obs. 9. n. 7. Berlich. p. 1. Concl. 20.* De eo disquiritur, nunquid Actor possessionatus sub litis ingressu, si lite pendente possessionem vendat aut facultatibus labi incipiat, de novo satisdare cogatur? Aff. *Zanger. d. l. n. 44. Dn. Carpzov. d. l. defin. 11.* Et hæc de satisdatione Actoris. Jure civili licet Reus quoq; satisdare cogatur, pro qualitate vel præsentiæ vel absentiæ. *§. 2. 4. & 5. J. de satisdat.* In foro tamen Saxonico ex parte Rei conventi satisdatio prorsus ab usu recessit, nec ulla cautio in foro nostro à Reo exigi potest. *Coler. de process. execut. p. 3. c. 11. n. 98. Dn. Carpzov. d. l. defin ult.*

(*n*) Exceptio hæc pariter dilatoria est, & jure Saxonico introducta, *Const. Elect. 3. p. 1.* quam Actor præcisè ad instantiam partis adversæ, tam in civilibus quam criminalibus, *Dn. Carpzov. p. 1. Const. 4. defin 6.* judici, etiam adversario absente, & ad hoc specialiter non citato, præstare tenetur, *Zanger. p. 2. c. 21. n. 60. Dn. Carpzov d. l. defin. 2.* modo ordinariè procedatur. In processibus quippè executivis, causis matrimonialibus & judicio Legis diffamari. Gvaranda non præstatur. *Dn Carpzov. d. l. defin 9 & ult* Non autem nudis verbis, sed actu corporali, vel stipulatâ manu, vel tactura baculi, am Gerichtsstab/ præstanda est. *d Const. Elect. 4. p. 1. Dn. Carpzov. ibid. defin. 1.* Effectus Gvarandæ præstitæ duplex: alter,

 ut li-

ut libellus mutari non possit exceptis judiciis universalibus. *Dn. Carpzov.p.1.Const.11.defin.13.* alter, ut Actor Reum contra alios quoscunque, qui eum deinceps convenient, defendere cogatur. *Zanger.d.l.n 62.Dn Carpzov d.l defin.1.* De eo dubitatur, nunquid Actor post præstitam Gvarandam, Reo juramentum deferre possit? Et negativæ subscribimus. *Const.Elect. 11. in fin.p.1.Hart.Pist.p 4.q.22. n.7.Andr.Rauchb p.1.q.9.n.5.& 7* idq; verum est, etiamsi Actor ante litis contestationem de eo protestatus fuerit. *Dn.Carpzov.p.1.Const. 11.defin.14.*

Th. XVII.

Et hæc de Exceptionibus dilatoriis dicta sufficiant. De quibus hæc regula statuenda, quod regulariter omnes ante litem contestatam debeant opponi. (*a*).

(*a*) *l.pen.l ult C de except.l.19.C.de probat.Const. Elect.3.p.1.* nam iis omisssis, Reus post judicium acceptum, eis renunciasse censetur. *l.13.C.de procurator.l.9.C.de except.* quod ex communi Dd. opinione usq; adeò procedit, ut *nec in causâ appellationis* deinde possint opponi. *d.l.13.C.de procurator.Zanger.p.2.c.22.n.5.* Appellationis quippè ille effectus est, ut causam reducat ad tempus litis contestatæ. *Wesenbec.ff.de appellat.n.10.* Cum autem nulla regula tam firma sit, quæ non suas patiatur limitationes, sic & hæc nostra regula multifariàm *limitatur.* Et 1. quidem distingvendum inter Exceptiones dilatorias judicii, & dilatorias intentionis sive rei petitæ. *Dilatorias judicii*, quod attinet, illæ ante litem contestatam & opponi & probari debent. *text.in l.pen. & ult. C.de except.* nam cum sint propter judicium declinandum, fieri non potest, quin ante litem contestatam & proponi & probari debeant. *arg l.2.ff.si quis in jus voc. Coler.ad c.2.x.de except.n.50.* Dilatoriæ porrò *intentionis seu rei petitæ*, etsi ab initio statim proponendæ, probatio tamen earum & post litem contestatam fieri potest. & de illis accipienda *l. 19. C. de probat. Coler ad d.c.2.n 52.Sichard.d.l.19.n.5.* Quæ decisio non tantum verbis *d.l.19.* proximè accedit, sed & rationem, secundum *Ilmm.*

in

in processf. disp. 8. th. 10. n. 62. satis evidentem habere videtur. Est enim ejusmodi Exceptio actionis saltem temporalis exclusio, ut propterea non nisi prius probatâ actione probanda sit, ad instar Exceptionum peremtoriarum, quæ demum post actionem probatam & litem contestatam probantur. *l. 9. C. de long temp. præscript.* 2. Si tertius interveniat, lite jam contestatâ, poterit adhuc uti Exceptionibus dilatoriis, easq; debito modo opponere. *Gail. lib. 1. obs. 71. n. 8 Dn. Carpzov p. 1. Const. 15. defin. 15.* 3. Si ejusmodi Exceptio post litis contestationem superveniat. *c. 4. x. de except.* 4. Si judicium retro nullum reddat: quo casu non solum post litem contestatam, sed insuper etiam in judicio appellationis potest opponi. *Dn. Carpzov. d. l.* 5. Si gravamen successivum habeat. 6. Si demum post litem contestatam ad Rei notitiam perveniat, atq; hoc ipsum Reus juramento confirmet. *c. 4. x. de except. Dn. Carpzov. d. l.*

Th. XVIII.

Et hæc de dilatoriis Exceptionibus. Sequuntur jam peremtoriæ vel perpetuæ, quæ ita possunt definiri, Quod perpetuo agentibus obstent, & rem, h. e. causam sive litem, qua de agitur in totum perimant. (*a*)

(*a*) *§ 9. J. de except. l. 3. ff. eod. l. 5 §. fin. ff. de dol. mal. & met. except. l. 2. C. de prec. Imp. offerend. Johan. Emeric. à Rosbach. in processf. civ. tit. 4.* Dicuntur autem *peremtoriæ* à perimendo, quod causam & negotium perimant; quemadmodum & *edictum peremptorium* dicitur in jure nostro, quod perimat & extingvat disceptationem *l. 70. ff. de judic. l. 53. § 1. ff de re judicat. Althus. lib. 3. dicæolog. cap. 22. n 1. pag 659.* quapropter nec à Principe sperni aut rejici possunt. *l. 16 C. de transact. Zanger. p. 3. c. 1 in pr.* Et quidem non tantum actionem sed & ipsam obligationem tollunt, ut nec res deinde amplius subsit, quæ debeatur. *l. 40. ff de condict. indeb. l. 3. § 1. ff. constit. pecun. Donel. lib. 22. comm. de jur. civ. cap. 2. & ibi Hilliger. lit. J.*

Th. XXI.

Th. XIX.

Hæ vel ab initio ſtatim exiſtunt, vel poſtea demum ſuperveniunt. *§. 3. & 9. l. de except.*

Th. XX.

Prioris generis Exceptiones, vel ex re & eo quod actum eſt: vel ex perſona tam debitoris quam creditoris, deſcendunt.

Th. XXI.

Quæ ex re vel eo quod actum eſt proveniunt, ſunt Exceptio metus (*a*) doli (*b*) in factum ex errore promittentis (*c*) non numeratæ pecuniæ (*d*) Exceptio petitorii (*e*) & uſurariæ pravitatis (*f*).

(*a*) Exceptio metus eſt, quæ datur adverſus petentem id, quod promiſſum eſt per metum. *l.7.C.de bis quæ vi met. cauſ. Zanger. p.3.c.13 n 96. Umm. in proceſ. diſp.8.th.5.n 33.* Ut autem locum inveniat hæc Exceptio, neceſſe eſt metum eſſe præſentem. *l.9.ff.quod met. cauſ.* qui in hominem conſtantisſimum à formidine objectorum cadere posſit. *l.5.l.6.ff.h t.* ut mortis, vinculorum, *l.7.l.8.* ſtupri. *l.8.§.2. ff.h t.* Quid de carceribus? Diſtingvendum inter carceres privatos & publicos. priori caſu locum ſibi vindicat hæc Exceptio. poſteriori caſu diſtingvitur rurſus. aut enim quis dignè incarceratus eſt, & non reſtituitur ſi quid promittat, quia hunc ipſe ſibi metum fecit. *l.3.l.21 ff.h.t.* aut indignè, & reſtitutioni locus eſt, etiamſi cum jurejurando promiſerit, aut quid fecerit vel dederit. *Weſenbec. ff. quod met. cauſ.n.3.* Metum reverentialem. *l.4.§.34.ff.de dol.& met. exc. l. 6.l.8.C.eod.* niſi alia acceſſerit impresſio, *l.pen.l.fin.C.eod. Weſenbec. ff. h.t.n.3.* ut & minas huic Exceptioni locum facere, non admittimus.

Minæ

Minæ enim si fuerint interpositæ, judex adeundus & cautio de non offendendo postulanda est, cui, ne elusoria reddatur, judex pœnam addere solet. *Gail.lib.1.obs.4.Treutler.vol.1.disp.11.th.4.lit b.* Nunquid autem *timor infamiæ* Exceptionem hanc producere poterit? Neg. textus in *l. 7.ff.quod met.caus.* Ratio *à Bacbov.ad Treutl.d.l.lit.a.* ea perhibetur: quod sc. Exceptio hæc ad ea pertineat, quæ facto privati inferri possunt: infamia autem autoritate legis vel judicis irrogatur. verbera & vincula minitari possum, infamem aliquem facere in meâ potestate non est. Exceptio hæc in rem scripta est, nec quærit an actor metus causa quid fecerit, sed an aliquid metus causâ factum sit, etiam in persona tertii. *l.4.§.33.ff.de dol mal.& met. except.* Hanc enim & Exceptionem & Actionem in persona tertii obtinere, Dd. tradunt communiter. *Zanger.p.3 c.13.n.99. Wesenbec. ff.quod met.caus.* nam & hic à Prætore delinquere existimatur, delinquit autem non statim ab initio, sed ex eo tempore id facere intelligitur, cum conventus de eo, quod ex metus causâ consecutus est, id vim passo non restituit. *Donel.lib 15.comm,c.38.* De eo disquiritur, an Exceptio hæc detur liberis adversus parentes, & libertis adversus patronos? Negamus prius quo ad bona profectitia. *l. 4. §. fin.ff.de dol.mal.& met. except.* posterius simpliciter affirmamus, non obstante *l.4.§.16,ff.eod. Bacbov.ad Treutler.vol.2.disp.26.th.5.lit.B & C.* Quid autem de contractibus metu initis sentiendnm, eruntne illi ipso jure nulli, an vero opposita Exceptione hac elidentur? Respondemus distingvendo, inter contractus b. f. & stricti juris. Hi ipso jure valent, eorumq; actio Exceptione hac ut elidatur, necesse est. Illi, si metus dedit causam contractui, ipso jure nulli, nec Exceptione opus est. *l. 21. §.3.ff.quod met.caus.l.1.C.de rescind.vendit.* Si enim solus dolus dans causam contractui eum vitiat, *l. 7. ff. de dol. mal. Dn.Carpz.p.2.Const.34.def.9.* multo magis vitiabit metus, quod metus sine dolo esse non possit. *l.14.§.13.ff.quod met.caus. Umm. in process.disp.8 th.5 n.33.* Nunquid verò juramentum à latrone vi extortum, sit servandum, Dd. inter se non conveniunt? Nos juramentum tale, tam de jure Canonico, *c. 22. caus. 22.q.4.c.18 c.28.x. de jurejurand.c.58 de R.J.in 6.* quam civili, *Auth.Sacramenta puberum. C si advers.vendit.* nullum esse putamus. *Donel.lib,21,comm.c.13,*

F (*b*)Ex

(b) Ex ſententia Ulpiani & Labeonis, *dolus malus* definitur, ut ſit omnis calliditas, fallacia & machinatio ad circumveniendum, fallendum & decipiendum adhibita. *l.1 §.2ff..de dol.mal.* Ne autem cui dolus ſuus per occaſionem juris civilis contra naturalem æquitatem prodeſſet, *l.1.§.1.ff. de dol.mal. & met.except.* Prætor Exceptionem hanc introduxit. *Duplex* autem eſt, vel generalis vel ſpecialis. *Generalis* eſt quæ datur toties, quoties contra naturalem æquitatem aliquid petitur *Donel lib 22.comm c.6.Umm.in proceſ. diſp.8. th 5.n.32.* Et partim ſtatim cum ipſo negotio exſurgit, & ob id cum aliis Exceptionibus concurrit. Hinc qui errore lapſus ſtipulanti promiſit, præter erroris ſeu in factum, etiam doli Exceptionem habet. *l.2 §.3.ff.h.t.l.36 ff de V.O.Donel.ad d l 36* Partim demum ex poſt facto oritur. Veluti, ſi quis ſive tacitè ſive expreſsè, pacto vel ultima voluntate debitum remittat, præter Exceptionem pacti, etiam doli Exceptione vetus creditor repellitur. *l. 44. §. 1 ff.de O & A l.4.§.10.l.ult.§.1.ff de dol.mal.& met.except.* Partim deniq; & tum Exceptio doli generalis competit, quando tempore intentatæ actionis eſt aliquid, quod Actor ejusdem rei nomine viciſſim præſtare tenetur, neq; tamen ipſi Reo deſideranti præſtat. e. g. Si emtor ad rei traditionem agat, neq; tamen venditori pretium ſolvere velit, *l.2.§ fin.ff h t.l.31.§.8.ff.de act.emt.* plura exempla vide apud *Umm. d.l.* Specialis, doli Exceptio competit ex iis cauſis, ex quibus de dolo actio oritur, videlicet ſi ab initio aliquid dolo malo geſtum ſit. Refert tamen utrum dolus contractui cauſam dederit, an in ipſum inciderit. Ibi, ſiquidem contractus fuerit bonæ fidei, negotium ipſo jure nullum reddit, *l.7.ff.de dol.mal.Gail.lib 2.obſ.2.n.6.Dn. Carpzov p 2 Conſt.34 def 9.* Quod ſi contractus fuerit ſtricti juris, is ipſo quidem jure ſubſiſtit, ſed ut Exceptione doli oppoſitâ effectum ſortiri non poſſit. *l.5.C.de inutil ſtipulat l 36.ff.de V.O.* Perſonalis autem eſt hæc Exceptio, & contra alium non competit, niſi qui dolum admiſit, ejusve heredem, quatenus ad eum pervenit. *l.2.§.2.ff. de dol.mal.& met. except l.17.§.1 l 26.ff.de dol.mal.* Nunquid adververſus ceſſionarium dabitur? Stamus diſtinctioni *Zangeri.p.3. c.13.n.75 & ſeq.* Parentibus vel patronis à liberis vel libertis Exceptio hæc opponi nequit. *l. 4. §.16.ff. de dol. mal. & met. except.* An verò horum ſucceſſoribus? Negamus. *d.l.4.§.16.verſ ſemper enim.*

Niſi

Nisi ex persona heredis agentis fuerit objecta. *l.11 ff. de dol. mal. l.15 ff. de bonorum possess. contr. tab. Anton. Fabr add l.13 lit. E.* Quæri ulterius potest, utrum is, cui hæc Exceptio competit, si per errorem quid ultrò solvat, nec Exceptione usus sit, *condictione indebiti* solutum repetere valeat? Aff. Exceptio enim hæc principaliter in favorem debitoris constituta est. *§.1. J. de except.* tali autem casu condictio locum habet *l.40 ff. de condict. indeb. Harprecht. §.1 J. de except. n.21.* Quamvis verò actio doli biennio extingvatur *l fin. C. de dol. mal.* Exceptio tamen doli perpetua est. *l.5. §. 6. ff. de dol. mal & met. except.* neq; infamiâ quenquam afficit; infamia quippe juris ex civilibus actionibus minimè infligitur, nisi per condemnationem. *l. 1. ff. de his qui notant. infam Harprecht d.l. n 28. & seqq.* Porro cum Exceptio hæc sit difficilis probationis, cum in animo consistat, placuit dolum, sicut & metum ex conjecturis & præsumtionibus, posse probari. *l. 6. C. de dol. mal. Zanger. d. l n. 80.* Corollarii loco hanc subjiciemus quæstionem: Nunquid actio doli cum nullâ aliâ concurrere possit? Respondemus cum *Anton. Fabr. decad. 9. err. 4.* concurrere eam posse, cum actione aliâ famosâ; cessat enim tunc ratio *l.1. §.4. ff. de dol. mal.* Probat hoc ipsum *l.1. C. eod. l.59. §.1 ff. mandat.* in quibus concursus actionis mandati, quæ famosa. Nec obstat *l.5. ff. de dol. mal.* in qua actio tutelæ & ipsa famosa, excludit actionem doli. Nam *d.l.5.* de casu singulari diversarum personarum concepta est: & ut unius famæ consulatur, actio tutelæ potius in tutorem conceditur, cujus in eâ specie major culpa est. Cæterum ubi adversus eundem utraq; competit, nihil interest utrâ conveniatur. *Bachov. ad Tr. vol.1. disp. 11. th.6. lit. E.*

(c) Erroris Exceptio datur Reo, qui sine causâ aliquid ex errore promisit, tum modo putabat causam promittendi legitimam subesse, quæ tamen nulla erat. Hic error cum ipso jure contractum non vitiet, *§ 2. J. de except.* ad impugnandam actionem Reo *Exceptio* in factum datur. *d. §.1. Don. lib. 22. comm. c.6.* Quæ ideo *in factum* dicitur, quod certum propriumq; jure civili nomen non habeat, quemadmodum & *actiones*, quæ certo carent nomine, generaliter *in factum* dici consueverunt. *Bachov, ad § 1. J. de except.* Nec ad rem pertinet qualis error sit, an juris, *l 51. §. 2. ff. de pact.* an facti, *l.2 §.4 & 5 ff. de dol. mal. ex met. except. l. ult. ff. ad SCtum Maced. Zanger. p.3. c.3. n. 109.* Non

 tamen

tamen sufficit sola erroris, ad hoc ut imprudentiæ venia detur, allegatio, sed necesse est, justa erroris causa ostendatur, super quâ judex cognoscere & pronunciare debet. *l. fin. in pr. & §. 1. ff. ad SCtum Turpil. l. 15. in pr. ff. de jur. fisc. Gail lib. 1. de pac. publ. c. 9. n. 20.* Cum porro certum sit errorem non præsumi in dubio, *l. 4. C. de jur. & fact. ignorant* quâpropter is ab allegante, & sic ab excipiente probandus erit. *Zanger. d. l. n. 137.*

(*d*) *t. t. C. de non numer. pec. & ibid. Dd. comm.* Exceptio hæc in duplici est differentia. Alia quippe datur Actori seu creditori, alia Reo seu debitori. *Actori* datur, si scripsit ex quacunq; ferè causâ, *l. 14.* §. 2. *C. h. t.* quid accepisse vel recepisse, revera tamen nihil accepit vel recepit. nisi aliqua species nominatim excepta sit. Excipiuntur autem in *l. 14 §. 2. C. h. t.* Utitur creditor hac Exceptione intra 30. dies, quibus elapsis deinceps audiri non debet *l. 14 § 2. C. h. t.* licet onus probandi, pecuniam sibi non solutam esse, in se recipere velit, *d. l. 14. §. 2.* quod favore liberationis ita placuit. *Zanger. p. 3. c. 14. n. 31. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 29. def. 19. item lib. 2 tit. 8. Resp. 90.* Si tamen intra triginta dies eam proposuerit, perpetuam efficit. *d. l. 14. §. 4. C. h. t. Zanger. d. l. n. 29.* Reo competit hæc Exceptio, ex solâ causâ mutui & dotis, *l. 5 l. pen. C. h. t. Harprecht. J. de liter. oblig. n. 7.* si in syngraphâ, non coram testibus, *l. 13. C. h t. Donell. lib 14. comm. c. 39.* confessus fuerit, se alteri forsan ex mutuo 10. debere, revera tamen nihil acceperit. *t. t. C. de non numer. pec.* Exceptio hæc ex parte Rei intra annum continuum à die scriptionis emissæ computandum, *d. l. 14. C. h. t.* saltem durat, atq; eo gaudet privilegio, ut creditor numerationem probare teneatur, idq; ex hac ratione, ut subveniatur debitoribus, qui sæpissimè quodam necessitatis vinculo compulsi mutuum accipientes instrumento cavent, etiam antequam pecuniam numeratã percipiant. Tutus insuper hac Exceptione Reus est, quamvis confessus fuerit se pecuniam accepisse, *l. 3. l. 5. C h. t.* sive simpliciter confessus fuerit, se pecuniam accepisse, sive confessus fuerit, sibi ante aliquot dies aut menses pecuniam numeratam esse. *l. 13. C. h. t.* limitationes tamen vide apud *Zanger. d. l. n. 39. & seqq.* Dictum modo fuit, Exceptionem hanc intra annum continuum saltem vivere. Sed quid si debitor biennio elapso onus probandi in se recipere velit, poteritne eam prorogare? Multi ex Dd. qui hoc ipsum affirmant.

mant. multi itidem sunt qui negant. Negantibus astipulari animus est. textus clari in *l.8. l,14. in pr.* & §. *2. C. b.t, in fin. tit. f. de Liter. oblig.* in quibus locis Imp. generaliter praecipit, Exceptionem hanc ultra biennium nequaquam esse extendendam, *Donel. ad l.8. C.b.t. item lib. 14. comm. c.38. ibiq; Hilliger.lit. A. Coler.de process. execut p.1. c 10. n. 216. Facbin lib.2. controvers.jur. c. 81. Rimer decad. 10. qq. Illust.8. Dn. Frantzkius exercit. jurid 10. q. 10.* Non tamen prohibetur aliis defensionibus legitimis se defendere. Potest enim *excipere* vel contra scripturam, vel contra confessionem quae scripturâ continetur. *Adversus scripturam* rectè objicit, hanc scripturam non esse suam, & si agatur de instrumento notarii dicere potest, suo consensu instrumentum non esse conscriptum. *l.14. C. de contrah. & commit. stipulat l.18. C. de probat.* Adversus *confessionem* suam dicere valet, se dolo creditoris inductum, aut vi coactum, ut confiteretur. *Zanger. d l.n.59. & seqq.* Et haec adeo vera sunt, ita ut licet debitor huic Exceptioni renunciaverit, nihilominus tamen eam salvam retineat. Hac quippe renunciatione remittitur creditori dolus futurus. *Zanger. d. l.n. 71.* & eâdem imbecillitate acfragilitate quispiam inducitur ad renunciandum, quâ ducitur ad confitendum. *l.22. C. ad SCtum. Velleian. Hilliger. in Donel. enucl. lib. 14. c.37. lit. f.* Sed quid si renunciatio fuerit Sacramento firmata? Distingvendum hic est: Aut enim debitor juravit se pecuniam redditurum: aut juravit se pecuniam accepisse. Priori casu renunciatio nihilominus nulla est, *l. fin. C. de non numer. pec.* Semper enim subintelligitur conditio haec: *Si pecunia accepta fuerit.* posteriori casu renunciatio tenet. Et est ratio: quia ille qui hoc casu Exceptione utitur, de perjurio suo manifesto confitetur, ac proinde audiendus minimè est per regulam *l, 5. C. de condict. ob turp. caus l.30. C. de transact.* ex quibus patet, neminem esse audiendum, qui turpem Exceptionem proponit. *Harprecht.* §, *2. J. de except. n. 4. & seqq.* Competit insuper haec Exceptio debitoris quoq; heredibus adversus creditorem & ejus heredes *l 8. C. b. t.* ita tamen, ut nihil amplius illis detur quã reliquum tempus quod defuncto ad Exceptionem supererat: & cedit hoc tempus â die mortis debitoris. *d.l.14. in pr. ibi, intra solum biennium continuum. C. b. t. Zanger. d.l.n.49. & seq.* Non inutiliter & illud dubium hic movetur,

 vetur,

vetur, utrum minor 25. annis qui successit debitori in id tempus, tempore elapso hac Exceptione uti possit? Stricti juris ratione inspectâ hoc negatur, *l. 8. C. h. t.* verum restitutione in integrum illum juvari, communiter receptum videtur. arg. *l. un. C. si advers. usucap. Zanger d. l. n. 51.* Nunquid verò Hæc Exceptio inter mercatores locum habere, & contra Literas cambij opponi poterit? Negamus per tradita à *Dn. Carpzov. p. 1. Const. 32. def. 69. & lib. 2. tit. 8. Resp. 92.* Mantissæ loco potest illa non vulgaris addi quæstio: Si quis receptâ syngraphâ creditori suo integrum debitum solvit, sed syngrapham illam vel amisit, vel se habere ignoravit, á creditore iterum conventus & condemnatus solvit: an repertâ syngraphâ solutum repetere possit? Et quod debitum solutum per condictionem sine causâ repetere possit, Dd statuunt, *arg l. 5. §. 7. ff. de donat. inter. vir. & uxor.* Hujusq; assertionis hanc reddunt rationem; quia per repertam syngrapham deducitur sententia ad non causam, cum ea lata fuit ex instrumento quod nullum, & per solutionem factam cassatum fuit. Solutum vero per sententiam repetitur per condictionem sine causâ, quando causa ex quâ lata fuit sententia, ad non causam reducitur. *Berlich. decis 62. n. 4.*

(e) Dicitur *Exceptio petitoria vel dominii*, cum Reus ad removendum Actorem movet quæstionem ex petitorio descendentem, quâ probatâ, vinceret in petitorio *Zanger. p 3. c. 24, in pr.* Sed quæritur an locum habeat hæc Exceptio in omni possessorio? Quod attinet possessorium recuperandæ, in hoc frustra adhibetur, cum enim spoliatus ante omnia sit restituendus, *t. t. X. de restitut. spoliator. t. t. eod. in 6.* Spoliator Exceptionem hanc objiciens minimè auditur. quod verum, si Actor Exceptionem impugnet: nam si hoc intermiserit, Exceptionis probatio admittenda est. *Zanger. d. l n, 8.* In possessorio adipiscendæ & retinendæ si possessor vel Reus eam oblatam in continenti probare possit, quin locum inveniat, dubium non habet, *l 3. §. 13 ff. ad exhibend.* Et in possessorio retinendæ ideo Reus exceptionem hanc opponere ritè valet, quia utriusq; possessionis par est conditio, *l. un. C uti possidet.* Fallit tamen nostra assertio 1. Si Agens possessorio adipiscendæ titulum quoq; dominii habeat titulo Excipientis similé *l. 3 C. de Edict. Div. Adrian. tollend.* 2. Si Actor petat possessionem, quam lex á Reo velit trans-

lit transferri in personam Actoris, propter mendacium, quod admisit *l. ult ff de R. V.* Exceptio hæc in actionibus quoq; realibus locum habet. *l. 16 ff de publ. in rem act.* Nunquid verò ex possessione dominium possit probari? vide distinctionem *Schneidewini* §. *1. J. de act. n. 74. & seqq.* quem sequitur *Forster. in exercitat ad Inst. p. 2. disp 2. th 6. lit G.*

(*f*) Usura in specie ita dicta, est ad quantitatem ex quacunq; aliâ causâ accessio. *Treutler. vol. 2. disp. 3. th. 2.* Eamq; cum, *Wesenbec. ff de usur, n. 4. & seqq.* triplicem facimus, aut enim est, *lucratoria*, aut *compensatoria*, aut *punitoria*. Prioris generis usura in suo genere improba illicitaq; dicitur. *l. 20. C. ex quibus caus. infam. irrog.* Compensatoria (modo non excedat modum legibus præstitutum *l. 26. C. de usur.*) qui hodie in quincuncibus consistit, etiam inter mercatores. *Dn. Carpzov. p 2. Const 30. def 1 & 2.* interdicta in universum, aut turpis dici nullo modo potest: cum non sit lucrum supra sortem exactum propter officium mutuationis, sed pretium vel æstimatio usus sortis consumtæ cum damno creditoris. *Officio autem minimè contrariatur, sic aliquem juvare ut se ipsum servet indemnem.* Et hanc usuram partim necessitas expressit, ut inveniantur qui parvo illecti lucello, egentibus mutuo darent: partim svasit utilitas negociationum, quas sine argentariarũ mensarum usu cõsistere non posse, res ipsa docet *l. 8 ff. depositi.* Hinc *punitoria* usura improbari multo minus potest. Duas quippe causas hanc sustinere palam est. â parte creditoris præsumtum damnum quod facit, quia suâ die pecunia non solvitur: â parte debitoris, mora quæ cum delictum sit, *l. 44. ff. mandat* merito punitur. *Wesenbec. d. l.* Hisce ita delibatis, ad Exceptionem *usurariæ pravitatis* devenimus, de quâ ipsâ generalem hanc regulam ponimus. *Quotiescunq; creditor, non de damno vitando sed Lucro captando certat, toties Exceptio hæc locum habebit.* Regulæ ita positæ exempla subjungemus 1. Creditor usuras ultra duplum exigens, Exceptione hac rectè repellitur. *l. 27. §. 1. C. de usur l 26. § 1 ff. de condict. indeb.* 2. Creditor majores ex contractu celebrato usuras postulans, Exceptione hac tam ab ipso Reo quam ejus fidejussoribus est summovendus, *l. 20. C. de usur.* Quæri hic posset, an pactum usurarium illicitum contractui adjectum, contractum ipsum irritum faciat, an verò contractu

sub-

ſubſiſtente, pactum pro non adjecto habeatur? Poſterius affirmamus, *l. 29. ff. h.t.* ne ſcilicet utile per inutile vitietur. *Gail lib 2. obs 4.* 3. Debitor à quo uſuræ uſurarum exiguntur creditori rectè Exceptionem hanc opponit *l. fin. C. h.t. l. 26. §. 1. ff. de condict. ind. b. Treutler. vol. 2. diſp. 3. th. 5. lit. a.* 4. Creditori majoris uſuras, quas debitor in chirographo annuatim ſolvere promiſit, exigenti, commodè hæc Exceptio objicitur, pactis enim privatorum juri publico, quo uſuræ prohibentur, derogari minimè poteſt *l. 38. ff. de pact.* quod ampliatur procedere, quamvis ejusmodi uſuræ, pluribus annis fuerint ſolutæ *l. 7. C. de uſur. l. 28. C. de pact. Treutler. d. l. th. 3. lit. c. ibiq; Bachov.* Duas quæſtiones ſubjicimus. An in ſtricti juris judiciis uſuræ debeantur ex ſtipulatione tantum? Aff. *l. 1. C. de condict. indeb. l. 3. C. de uſur. Bachov. d. l. Dn Carpzov. p. 2. Conſt. 30. def. 8.* An uſuræ legatorum & fidei commiſſorum debeantur ex tempore moræ? Aff. modo mora ante litis conteſtationem commiſſa ſit. *l 3, l. 34. ff. h.t. Treutler. d. l. th. 7. lit. a. & ibi Hunius. Dn. Carpzov. p. 2. Conſt. 30. def. 20.*

Th. XXII.

Ex perſonâ tam creditoris quam debitoris proveniunt, Exceptio SCti Velleiani (*a*) SCti Macedoniani (*b*) & Exceptio quæ competit minoribus per in integrum reſtitutionem. (*c*)

(*a*) Exceptio hæc mulieribus, & poſtea earundem fide juſſoribus & mandatoribus competit, *l. 6. ff. ad SCtum. Velleian.* Si pro aliis interceſſerunt, vel cujuscunq; generis obligationem in ſe receperunt, *t. t. ff. & C. hic* Omnis enim obligatio SCto comprehenditur, ſive verbis ſive re ſive quocunq; modo interceſſerunt, alienam ſuo periculo ſuſcipientes debitionem, *l. 2. §. 4. ff. h.t.* Modo creditor ſciat eam pro alio intercedere *l. 4. l. 11. l. 12. ff. h.t.* alias enim ſi SCto tutæ eſſent, nemo facilè cum fæminis contraheret. *Treutler. vol. 1. diſp. 25. th. 2. lit. a.* Ita autem ſuccuritur mulieribus, ut ſi ex interceſſione, ſuâ conveniantur, Exceptionem hanc objicere: ſin quid præſtiterint, ſolverint, delegarint, Condicere, *l. 8. §. 1. & 3. ff. o. t.*

ff.h.t. etiam cum fructibus possint, *l.32. §.1.ff.b.t.* Cum enim hæc Exceptio in favorem mulierum introducta sit, omissa etiam Condictionem indebiti impedire nullo modo valebit, *l.40.ff.de condict. indeb. Wesenbec.ff.ad SCtum.Velleian.n.7.* Quia tamen ita succurrendum fœminis, ne alius injusto incommodo afficiatur, creditor à Prætore actionem Restitutoriam impetrabit, cujus beneficio adversus debitorem, vel pristinam actionem, si mulier factâ novatione intercesserit: *l.8. §.2. & 9 ff.b t.* vel novam, si novam obligationem mulier in se receperit, intentare potest. *d.l.8. § 14.ff.b.t. Treutler. d.l.tb.6.in fin.* Et hæc regularitèr licet ita obtineant, certi nihilominus inveniuntur casus, quibus mulieres Exceptione hac uti nullo mòdo possunt. 1. Si in rem utilitatemq; suam sese obligent, *Wesenbec. d.l.n.6.per l.13.l.16.ff.b.t.* 2. Si callidè & dolosè versatæ sint; deceptis quippè, non decipientibus SCtum sub venit, *l. 2. §.3.l.23.l.26.l.30.ff.l.5.C.b.t.Zanger.p.3.c.11.n.122.* 3. Si post biennium repetita sit intercessio, *l.22.C.b.t.* videntur enim tunc suâ causâ, non alterius, & quidem ex magnâ deliberatione, non etiam ex fragilitate sextus hoc fecisse, & ea propter SCto juvari non debent. *Zanger.d.l.n.124.* 4. Si accepto pretio fidejusserint, *l.23.C.b.t.* Nam indignæ videntur auxilio, quæ malo more redemtrices alienarum litium se constituunt. Et eatenus efficaciter tenentur quatenus acceperunt, in id autem quod excedit non tenentur, *Zanger. d.l.n. 145.* 5. Si dotem vel extraneis, vel filiabus promiserint. *l. 12. l.fin. C.b.t.* quod favore dotium ita receptum est, *d.l.fin.C.b.t.* 6. In casu *l. 24. C.b.t.* 7. Si certioratæ, *Dn. Carpzov.p. 2. Const.16.def.19.* huic beneficio renunciaverint. *l. ult. C.quando mulier tut. offic. fung. poss. Nov. 94. c 2. Nov. 18.c.5.* Quod ipsum de renuntiatione judiciali indubitatè verum est. Verum an idem asserendum si certioratæ extra judicium huic beneficio renunciaverint? Et affirmativæ quin subscribamus dubium subesse nullum videtur. Omissis jam reliquis rationibus, in medium afferimus *l. ult. §. pen ff. ad SCtum Velleian.* quæ vel sola ad pugnam conficiendam erit sufficiens, *Gail.lib.2.obs.77. Treutl.d.l.tb.4.lit.f. Sitbard .ad rubr. C. de fidejussor.n.6.* Imprimis autem renunciatio isthæc mulieres beneficio SCti privat, si mediante juramento renunciaverint, etiamsi certiores de eo prius redditæ non sint, *c.9.X.de jurejurand. Gadd. de*

contrah. & committ. stipulat. c. 7. concl. 16. n. 198. Juramentum enim est loco certiorationis: cum ad juramenti præstationem, majori deliberatione opus sit, quam ad renunciandum: & mulieres virtute talis juramenti omni legum & juris auxilio renunciasse censentur. Atq; ita Dd. tenent communiter, *Gail. d. l. Hartman. Hartmanni. in pract. obs. t. de fidejuss. obs. 2. Andr. Rauchbar. p. 1. q. 34 n. 5. Berlich. p. 2. Conclus. 19. n. 27.* Si tamen enormiter læsæ sint, contravenire renunciationi, non obstante juramento, poterunt; Ratio, quia ex enormissimâ læsione præsumitur dolus, *l. 17 §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 5. in fin. C de dol. mal.* & juramentum non debet esse vinculum iniquitatis. *c. 18. X, de jurejurand.* atq; paria sunt, dolum intervenire reipsa, vel ex proposito, *l. 2. ff. de. dol. & met. except. l. 36 ff. de V. O. Gail. d. l. in fin.*

(*b*) *T. t. ff. & C. ad SCtum Maced.* Exceptio hæc, quæ peremtoria est, datur perpetuo, non soli filio sed & ejus patri & utriusq; successoribus, itemq; fidejussoribus, *l. 9. §. 3. ff. h. t.* sive filius in potestate patris adhuc sit, sive ea liberatus, vel emancipatione, vel morte patris: & patri non tantum, quamdiu filius vivit, sed etiam cum mortuus erit, *§. 7. J. quod cum eo qui in al. potest. D. Carpzov. p. 2. Const. 10. def. 16.* Adversus eum, qui filio familias pecuniam numeratam ex causâ mutui dedit, *l. 1 in pr l. 7. §. 3. ff. h. t.* & ejus successores, *d. l. 7. §. 6.* ad hoc, ut iis adversus patrem, filium & horum successores, actio petitioq; denegetur, *l. 1. in pr. ff. h. t.* Is igitur solus Exceptione hac tenetur, qui mutuam pecuniam filio dedit, non qui alias contraxit, puta vendidit, per mutavit, &c. pecuniæ enim datio, cum sit irritamentum malorum & omnis nequitiæ, perniciosa parentibus visa est, *l. 3 §. 3. ff. h. t.* ne filiifamilias ære alieno prægravati, vitæ parentum insidientur: nempe ut iis mortuis mutuum ex solvant æreq; alieno se liberent. Quod non adeo timendum est in cæteris contractibus, quibus res commutantur, nec altera pars exhauritur. Hoc tamen ita demum erit dicendum, si non fraus SCto sit cogitata: ut, qui credere non potuit, magis ei venderet, ut ille rei pretium in mutui vicem haberet, *d. l. 3. §. 3 ff. h. t. Zanger. p. 3. c. 12. n. 12.* Porrò adeò firma SCti hujus Exceptio est, ut nec renunciatio procedat, cum principaliter in odium feneratorum creditorumq; introducta sit, *l. 19. §. 4. ff. h. t.* quod procedit quan-

quantumvis contractus mutui juramento per filium familias corroboratus sit. Juramentum enim tendens in præjudiciū tertii, servandum minimè est, *c.2.de pact.in6. Treutl.vol.1.disp.20.th.7.lit d.* Septem tamen casus recenset *Zanger. d.l.* quibus Exceptione huic locus minimè relinquatur. 1. Si filius familias patrem familias se esse mentitus fuerit, & creditor justa ratione ductus hoc crediderit, *l.1.C. l.pen.ff b.t* 2. Si filiusfamilias per longum tempus pro patrefamilias habitus sit, *arg.l.11. §. 8 ff de interrogat in jur.fac.* 3. Si voluntate patris filio pecunia credita sit, *l. 2. C.b.t. Donel. lib.12. comm.c.27.* Sive ab initio pater sciverit, *d l.2.l.12 ff.b.t.* Sive ex postfacto ratum habuerit *Dn. Carpzov.p.2. Const.10.def 16.* voluntatem verò patris creditor docere debet, *Dn. Carpzov. d.l.* 4. Si pecunia credita in rem patris quoquo modo versa sit, *l.7. § 12.ff.l. 2. C.b.t,* in quâ re eventum spectamus, *d.l.7. § 12.* 5. Si filiusfamilias sui juris factus debitum agnoverit, *l 2. C b.t.* 6. Si filiusfamilias studiorum vel Legationis causâ absens sit, eiq; ad necessarios sumtus, quos paterna pietas non recusaret, pecunia credita sit. *l. 15. C.b.t.* 7. Si filiofamilias militi pecunia mutuo data sit *l.fin. §. fin. C.b.t.* Hisce septem limitationibus octavam addimus, ut nimirum filiusfamilias ob dignitatem & honorem liberatus patriâ potestate, Exceptione hac se tueri minimè possit, *Dn. Carpzov.p.2. Const. 10. def. 17* non obstante *l.1. § 3.ff.b.t.*

(1) Competit hæc Exceptio Jure Civili minoribus *25 ann. tit.ff. & C.de minor.* Jur.Sax. minoribus *21.ann.* Landrecht *lib. 1 art.42. Dn. Carpzov p.2.Const 11.def 9.* sive patresfamilias, sive filiifamilias: sive mares sive fœminæ sint *l.3 §.4 ff b.t.* eorumq; successoribus licet majores sint *l.18. §.fin.ff b.t.* & fidejussoribus si in fidejussione dolus intercessit, *l.2.C.de fidejussor. minor. l.7.in fin.ff.de except.* intra quadriennium continuum ab ingressu justæ ætatis computandum, *l.fin. C. de tempor. in integr. restitut.* adversus eum, cum quo contractum jure subsistentem inivit; ad hoc ut minor rem ipsam cum fructibus, usuris & omni causa recipiat, *l.24. § pen l.27. §.1.ff. de minor.* Interim tamen minor adversus venditionem aliumq; contractum restitutus, pretium vel fructus venditori restituere cogitur, *l.39. §. 1.ff.b.t.* & sic in eam conditionem quoq;, quâ ante contractum erat, est reponendus. Nec enim ita subveniendum

minoribus, ut ex alienis incommodis sua comparent commoda. *Wesenbec ff b.t.in fin.Bachov.ad Treutler.vol 1.disp.11.th.9.lit.a.* Sunt tamen certi casus qui Exceptionem hanc vel beneficium restitutionis cessare faciant. 1. Si Contractus juraméto initus vel per juramentum ei renunciatũ fuerit, pulchre *Bachov ad Treutl. d.l.l.t.b. &c. Dn.Carpzov.p.2.Const.v.def.ult.* 2. Si majorem se dixerit, *t. t. C.si min. maj.se dix.* vel major factus contractum vel alienationem ratam habuerit. *t.t.C.si.maj.fact rat. habuer.* 3. Si minor alieno nomine negotietur, puta procuratorio, exercitorio, &c. eo enim modo majori potius, cujus damno res cessura sit, consuleretur, *l.23. ff. b.t.* 4. Si minor adversus minorem hac Exceptione uti desideret, *l.11. §. pen.l.34 ff.b.t.* Privilegiatus quippè, si agat adversus pariter privilegiatum, privilegio suo minimè gaudet; *Treutler. d.l. th.12. lit. b.* 5. Si minor delictùm commiserit *l.9. §.2 ff.b.t.* Indigni enim censentur legum beneficio qui in legem committunt, *l.37. ff. eod.* Quod ampliatur, sive delictùm in committendo sive in omittendo versetur: dummodo posteriori casu delictum sua naturâ sit delictum. *Auth.captivi de Episcop: & cleric. Nov.115.c.3.* non vero jure civili pro delicto habeatur, *Bachov. d.l th. 12: lit.c.* 6. Si contra patrem & patronum hoc beneficio uti velit. *l.ult.C qui & advers.quos in integr. restit. non poss. Bachov.ad* Treutler. *d.l.th.13. in pr.* 7. Si venundari se passus sit. *arg. l. 21.ff. de Stat. hom:* Sed poteritne minor qui venundari se passus est, in libertatem vindicari? Affirmamus in personâ parentum, *l. 1. §. 1.ff.de R.V.* Negamus quoad personam consanguineorum. *l. 7. §. 2. ff. de capit. minut. Bachov. ad Treutler. vol.1 disp.2.th.3.lit.b.* 8. Si veniam ætatis impetret. *t.t.C. de his qui ven. ætat.* Tandem corollarii loco subjungemus, minorem læsione probatâ restitutum contra mutuum absolvi debere, *l.5. C.de in integr. restit.* nisi creditor pecuniam in utilitatem ejus versam docuerit. *l. 1. C. si advers. creditor: Dn. Carpzov. d. l. def. 44.*

Th.. XXIII.

Posterioris generis Exceptiones peremtoriæ, quæ nimirum ex postfacto superveniunt, hæ â Dd. perhibentur. Exceptio rei judicatæ

catæ

catæ (*a*) juris jurandi (*b*) perjurii (*c*) transactionis (*d*) confessionis in judicio factæ (*e*) præscriptionis (*f*) & nullitatis. (*g*)

(*a*) *T.t.ff de except. rei judic.* Hæc Exceptio datur Reo per sententiam judiciis absoluto, contra Actorem de novo actionem intentare volentem. *arg. §. 5. J. de except.* Competit autem toties, quoties vel *eadem res*; quæ aut in quantitate, aut in corpore, aut in jure consistit, sive pro toto sive pro parte petatur. *l. 7. in pr. ff. de. except. rei judic. Wesenbec hic n 3.* vel *eadem petendi causa*: quam facit origo petitionis, si eadem quæstio subsit, quamvis alio genere actionis eadem res petatur. *l. 3. l. 5. l. 11. §. 4. l. 14. in pr. ff. h. t. Zanger. p. 3. c. 17. n. 44. & seqq* cessante tamen causa rei judicatæ Exceptio non nocet, quamvis eadem quæstio revocetur. *l. 9. in pr. ff. h. t.* vel eædem *personæ* veniant in petitionem, *d. l. 7 ff. h. t.* Aliis enim res judicata regulariter neq; nocet, neq; prodest. *l. 2. & t. t. C. quib. res judic. non noc. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 6. def. 15.* Pro iisdem personis habentur non tantum principales, sed etiam earum successores, tam universales, *l. 59. ff. de. R. J.* quam singulares, *l 9. §. fin. ff. de except. rei jud.* Ex parte quidem *Actoris* eædem personæ intelliguntur, quæ causam in judicium deducunt. e.g. procurator, tutor, &c. *l. 11. §. 7 ff. h. t.* Ex parte vero *Rei* erit etiam defensor, quia adversus defensorem qui agit, litem in judicium deducere dicitur. *d. l. 11. §. 7 ff. h. t. Zanger. d. l. n. 60. & seqq.* Cæterum cum res judicata contingat vel condemnatione vel absolutione *l. 1. ff de sentent & re judic.* brevibus de Exceptione rei judicatæ, quæ vel condemnatione vel absolutione contingit, agemus. Quod igitur *Exceptionem quæ ex condemnatione* contingit, attinet, dubium non est, quin eâ se tueatur, qui in judicio de hac vel illa re egit ejusq; successores tam universales quam singulares, sive ipsemet egerit, sive per alium procuratorem &c. *l. 11. §. 7. ff. de except. rei judic.* pater quoq; eadem Exceptione quâ filius, se defendere potest. *d. l. 11. § 8 ff. h. t.* De hac autem Exceptione, quæ ex condemnatione proficiscitur, hæc regula comprobata est: *Eam nocere his tantum qui á judice comdemnati sunt, non aliis; inter alios enim judicata aliis non nocent. l. 63. ff. sentent.*

 & re jud.

& re.jud. t.t. C. inter al. act. vel judic. al. non noc. Limitationes tamē vide in *d.l. 63.* Nunc de *Exceptione qua absolutione* contingit, agendum: in qua eadem regula obtinet, *Rem judicatam aliis non nocere aliis non prodesse.* Qua propter duo cum *Zanger. d. l. n. 86. & seqq.* ponimus capita: Primum est, quibus noceat Exceptio rei judicatæ; alterum quibus prosit. Nocet *Actori* ejusq; successoribus tam universalibus quam singularibus, aliisq; qui rem in judicium deduxerunt. Nocet interdum & *Tertio* qui rem in judicium non deduxit. Sic sententia absolutoria lata in causa status, omnibus præjudicat. *Zas ad.d l.63.* quemadmodum & super delicto publico lata nocet omnibus de inceps agere volentibus, *l. 7. § 2.ff. de accusat.* Prodest *Reo* ejusq; successoribus universalibus & singularibus, etiam aliis. *d.l.11. §. 7. ff.h.t.* Nisi Actor denuo agens, aliâ petendi causâ utatur, quamvis illa ipsa in primo judicio incidendèr fuerit ventilata. Prodest porro tertiis qui in judicio non fuerunt. e.g. Si maritus de proprietate fundi dotalis conveniatur, aut venditor de re venditâ, & absolvatur, Exceptio prodest socero, uxori & emtori, ac contra. *Zanger. d.l n. 94. & seqq.* Effectus hujus Exceptionis est ut litis ingressum impediat, & Actori omnem agendi viam præcludat. Est enim litis finitæ: *l.1.ff. de sentent. & re judic. l.6.l 7.ff. de except. rei judic.* Alias enim si altiorem indaginem requirat, post litem contestatam solet reservari. *Modest. Pistor. vol. 1. cons. 10. Zanger d.l. in fin.*

(*b*) Juramentum quod ad litis decisionem pertinet, & in supplementum vel defectum probationis imponitur, tripliciter dividitur; Aut enim est judiciale, aut necessarium, aut voluntarium. Nos de voluntario hic agemus. Est autem *juramentum voluntarium* quod extra judicium per modum transactionis, & ex merâ & solâ voluntate ac sponte suscipitur, *l. 17. l. 39. ff. de jurejur. Zanger. p. 3. c. 16. n. 17.* Ita ut negotium eo decisum, detecto etiam perjuriò, aut novis repertis instrumentis, non retractetur, *l. 1. C. de reb. credit. l.31. ff. de jurejur Wesenbec. ibid. n.8.* Hoc ab initio nemo cogitur suscipere; postquam autem semel ex conventione susceptum est, præstari omnino debet, neq; referri deferenti potest *d.l.17. Wesenbec ff. h.t.n.8.* Ab Actore præstitum unicam modo actionem producit, quæ in personam & nova est, *§. 11. J. de act. l.26. §. fin. l. 9.*

fin.l.9. §. *1.ff.de jurejur.* & in factum dicitur, *d* § *11. Donel. ibid.* A Reo præstitum. non quidem Actori actionem denegari, § *4.J. de except.* sed Exceptionem Reo competere facit, *l.9 ff. de jurejur.* quæ successoribus tam in rem, *l. 8 ff h t.* quam in personam, *l.7.ff h.t.* ut & fidejussoribus Rei tribuitur. *l.28.* §. *1.ff.h.t.* Quod verum est, etsi alius juraverit Reum non dare oportere, *d.l.9.* §. *6.l. ult.* §. *2.ff.b.t. Treutler. vol. 1. disp. 21. th. 8. in fin.* Dummodo is qui detulit jus deferendi habuerit. *Zanger.d.l.n 36.& seqq.* Effectus hujus Exceptionis is perhibetur, ut impediat litis ingressum, *clem.1. de lit. contest. in 6. l. 23.* §. *3 ff. de condict. indeb. Zanger.d.l.in fin.*

(*c*) Exceptio hæc competit adversus eos, qui posthabitâ jurisjurandi religione, actionem aliquam intentant, & dicitur annulativa juris & actionis, h.e. litis finitæ atq; litis ingressum impedit. *Zanger.p.3.c. 21.* Nunquid autem perjurio de jure civili pæna aliqua præstituta sit, quæstionis est? *Aff. Nov. 77. c.1.l. 22. ff de dol. mal. l.ult. ff. stellionat.l.13.* §. *fin ff. de jurejur*, *Dn. Ungebaur. Exercit.15. quæst.3.*

(*d*) *T.t.ff.& .C.de transact.* Transactio in specie ita dicta commodè ita poterit definiri, quod sit Contractus, *l. 7. l fin. C. de his qui vi met. caus.* jurisgentium, *Bart.in l 32.C.de transact* Innominatus, *l. 1.* §. *3.ff.de pact.l.6 l.33. ibi præscriptis verbis. C. de transact.* stricti juris *l.8.* §. *12.ff l.6. C.de tranact. Treutler.vol.1.disp.7.th.6. in pr.* quo inter litigatores res dubia & litigiosa, *l.1 ff. b.t.* aliquo contra dato aut promisso, *l.38.C.b.t.* remittitur & finitur, *l. 1.ff h t.* nullam jure civili pariens Actionem, sed saltem ad Exceptionem proficiens. *Wesenbec.ff b.t.n.2.* Causa igitur efficiens Transactionis est *consensus.* Quapropter transigere valent omnes, qui consentire possunt & mente sanâ sunt, licet corpore ægrotent, *l.27. C.b.t.* Syndicus tamen nomine civitatis transigens ambitiosè rem liquidam remittere non potest, *l 12. C h t.* nisi talis remissio vergat in utilitatem civitatis. *Gail.lib.2 obs 72.n.13.* Procurator itidem transigere nequit *l.7.C h.t.* nisi habeat mandatum speciale, *l. 17.* §. *fin ff. de jurejur. c. 4, de procurator.in 6* aut in rem suam, *d.l.17* § *fin.l.55 ff de procurator.* aut omnium bonorum procurator constitutus sit, *d.c 4 d l.17.* §. *fin. Wesenbec.d l.n.4.* Tutores vel curatores super rebus immobibas pupilli vel minoris, ex causâ legitimâ transigere possunt: puta, si

ita si jura pupilli sint obscura & dubia, *l.22.ff.de peric.& administ.tut. & curat* ita tamen ut decretum judicis accedat, *l.4.C.de pred.& aliis reb.min non alien.* quod sine causæ cognitione interponi non debet, per vulgatam: quod *in omni actu auctoritatem judicis requirente semper necessaria* sit *causæ cognitio.* alias decretum ipso jure nullum esset, nec pupillis aut minoribus quicquam præjudicaret *l.5.§.14 ff. de reb.cor.qui sub tut vel.cur. Gail d.l.in pr.* ubi *n.8.& seqq.* quatuor limitationes adfert. Pater de bonis adventitiis filiifamilias licitè transigit, *Bachov. ad Treutler.d.l.th.3 lit.a.* de bonis filii emancipati non aliter nisi decreto interveniente. *l.7.§.2.ff.de reb.cor.qui sub.tut.vel cur.Gail.d.l.n.14.& seqq.* Causa materialis transactionis sunt *res dubiæ*, de quibus transigi potest etiam post conclusionem in causâ, *Treutler.d.l th.4.lit.b. ibid. Bachov.* Non tamen post rem judicatam & prolatam sententiam, nisi ea vel appellationis, vel in integrum restitutionis aut alio remedio fuerit suspensa. *l.32.C.de transact.Treutler.Bachov.d.lit.l.c.* Transigere quoq; de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non est. *l.18.C.h.t.l.1.ff.de bon.cor.qui ant.sentent.Dn.Carpzov.p.4.Const 3, def.18.* In aliis autem publicis criminibus, quæ sangvinis pœnam non ingerunt, transigere non licet, citra falsi accusationem. *d.l.18.* vocabulum *citra* pro *sine* accipimus, ut Actor ita transigens incidat in accusationem falsi & pænam SCti Turpilliani, *Donel. ad d.l.18.C.h.t. Treutler.d.l.th 5.lit.f.* Speciali tamen ratione transigere prohibemur, de re judicata, *l.32 C.h.t.* controversiis quæ ex testamento proficiscuntur, nisi inspectis testamenti verbis. *l.6.ff.h.t.* futuris alimentis, *l.8.C.h.t.* & rebus spiritualibus, *c.7.c.10.X.h.t. Wesenbec.ff. eod.n 5.Treutler.d.l.th.4.* Si igitur vel personæ transegerint, quibus transigendi potestas non est concessa, vel de re transactum sit de qua transigere non licet, Exceptioni Transactionis locus est, quæ pari passu cum Exceptione Rei judicatæ ambulat, iisdemq; requisitis constat. Quapropter ut locum inveniat, requiritur, ut eadem res petatur, ex eadē causâ, & res agatur inter eos inter quos transactum est. Primo itaq; exigitur, ut *eadem res* petatur, h. e. eadem quantitas, idem corpus idem jus. Si enim alia res petatur, transactio non nocet agenti, cum de his tantum, de quibns inter convenientes placuit, interposita credatur, *l.9.§.1.& 3.ff.l.3.C.h.t.Zanger.p.*

ger p.3.c.18.n.11.& seqq. Proinde si aliquis pactus sit generaliter, nihil se amplius ab eo, cum quo agebat, petiturum, aliam nihilominus rem, de qua actum non est, petere poterit. *l.31.C.h.t.* Eadem de *causa* peti dicitur, si eadem subsit quæstio, licet alio genere actionis petatur eadem res. *l.5.l.11.§.4.ff.de except.rei judic.* Quod si alia quæstio suâ causâ diversa in judicium deducatur & eadem res petatur, non nocet transactionis Exceptio. Exemplum evidens habemus in *l.135 §.fin.ff.de V.O Zanger.d.l.n.37.& seqq.* Tertia causa est ut res agatur *inter easdem personas.* nam ut res inter alios judicata aliis non nocet, & ob eam causam Exceptione Rei judicatæ Actor non repellitur, *t.t.C.inter al.act. vel judic. al. non noc.* sic nec transactio inter alios facta aliis præjudicium facit, nec Actori Exceptio, quæ inde nascitur, nocere potest. *l.2.C.eod.* Et quamvis Rei judicatæ Exceptio sæpè noceat iis, inter quos judicatum non est: attamen in hoc singularitèr transactionis Exceptio differt, ut aliis omnino non noceat. *l.8.C.de ingen.manumis.* Ratio differentiæ peti potest ex *l.20. C.de transact.* pulchrè *Zanger.d.l.n.49.& seqq.* Hisce omnibus & hoc addi debet, ut transactio *fiat bona fide.* Si enim dolus adhibitus fuerit, & aliquis Exceptionem hanc objicere voluerit, replicatione doli elidi poterit, *l 19.C.h.t.l.35. in fin.ff.de pact.* Item si metu fuisset quis ad transigendum coactus, transactio quoque rescinditur. *l.13.C.de transact.* Effectus transactionis non minor est quam Rei judicatæ. Quemadmodum enim re judicatâ prior Actio Exceptionis ope, non etiam ipso jure eliditur: sic & transactione, *l.14.l.17.l 24.l.36.C.h.t.* Nisi acceptilatio vel Aquiliana stipulatio intervenerit, tunc enim Reum ipso jure liberari placuit. *l.4.l.15.C.h.t.Wesenbec.ff.eod.n.7.* Deinde ut Exceptio Rei judicatæ litis ingressum impedit, ita & transactionis, adeoq; *litis finita* dicitur. Unde ad Exemplum Rei judicatæ, non retractatur transactio obtentu instrumentorum postea repertorum. *l.19.C.h.t.Dn. Carpzov.p.1.Const.15.def.1.* Quod verum in causis privatorum, fallit tamen in negotiis publicis, *arg.l.35.ff.de re judic. Zanger. d.l.n.7.& seqq.* Si tamẽ ex falsis instrumentis inita transactio sit, licet juramẽtum accesserit, adversarium tenere minimè debet. *l 42.C.h.t.* An autem ipso jure hoc casu transactio rescindatur, vel demum ope restitutionis in integrum, anceps quæstio est? Et posterius crebrius

bris placuit, *d.l.42.ibi, retractetur. C.b. t. l. 33. ff. de re judic. Menoch. lib 2 de arbitr jud qq.cent.1 cas 15.n 2 Zanger.d.l.in fin.* Tandem duas subnectemus quæstiones. Primo, Nunquid transactione initâ de negotio principali, si de expensis nihil sit dictum, illæ adhuc debeantur? Distingvimus. *Expensæ* quæ non debentur ratione contumaciæ, ulterius peti non possunt, cùm veniant officio judicis mercenario, quod non durat lite finitâ. *l.3. C. de fructib. & lit. expens.* Quod si per se debeantur & sint in obligatione; ut quia usuræ stipulatæ dicantur, vel sint expensæ contumaciæ, transactionis Exceptio de principali facta non nocebit petenti, *l. 1. C. de judic.* Illæ enim petuntur actione separatâ ex stipulatu. *L 1. l.3. C. de usur. l. 14. ff si cert. pet.* Hæ actione in factum. *l 1. ff si quis jus dic. non obtemp.* E pro regula traditur, expensas, quæ speciali actione veniunt, aliquem petere posse etiam finito judicio. *Dd. in l.3. § 2. ff. de legat. 3. Mynsinger. lib. 4. obs. 48. Zanger. d.l. n.33. & seqq.* Deinde an remedium. *L.2.C. de rescind. vendit.* locum habeat in transactione? Et quamvis Affirmativam jus Saxonicum approbet, *Const. Elect. 34. p.2. & Dn Carpzov ibid. def 1.* attamen Jure Civili inspecto Negativa verior est. quam votis suis approbant, *Dyn. Cyn. Bald. Salicet. Don. ad d. l.2 Anton. Faber. decad 8 error. 10. Borcholt. in tr. de transact. c. 4. n. 22. Gail lib. 2. obs 70.* ubi in Camera Imperiali pro hac sententiâ pronunciatum fuisse refert. & in hanc inclinare videtur *Berlich. p. 2. Con lus 42 n 6.*

(e) Confessio duplex est, Judicialis & Extrajudicialis. Nos de Judiciali hic agemus. Ad confessionem autem rectè expediendam sequentia requiruntur. 1. Ut is qui confitetur sit major 25. annis. *l 6. §.5. ff. h.t.* 2. ut is qui confitetur sit dominus causæ: procuratoris enim confessio domino non nocet. *d.l. 6. § 4. ff. h.t. Wesenb. ff eod. n.3.* 3. Ut verè existat quod in confessionem venit. *l. 4. ff h.t. Wesenbec ff eod. n.4.* 4. ut Confessio fiat spontè, *c.1. caus.15. q.6.* liberè, absq; tormentis & metu. *Dn. Carpzov. p. 4. Const. 33. def. 11. n.13.* 5. Ut judex sit competens *l.24. C. de liber. caus.* 6. Ut adversarius sit præsens. *d l.6 § 3.* 7. ut vitentur verba ambigua, *l. 11. § 7 ff. de interrog. in jur. fac.* 8. Tandem idonea confessionis ratio atq; causa exprimatur *Wesenbec. d l. n.5.* Confessus taliter pro judicato habetur, *l. 1. C. l. 1. l.3 in fin ff. de confess.* Confessio enim partis pro plenissimâ

pro-

probatione habetur *arg.l.1.C.h.t.Wesenbec.ff.de probat.n.4.Berlich. p.1.conclus.36.n.11.* Et post publicatas attestationes fieri potest. Confessio enim partis ita privilegiata est, ut contra præsumtionem juris & de jure, contra quam nulla alias probatio admittitur, recipiatur, & omnibus dilationibus elapsis producatur. *Mynsinger. cent.1.obs.94.Dan.Moller.p.1.Const.16.n.44.Berlich.p.1.conclus.40.n.41. & seqq.* Post factam igitur confessionem omnis quæstio finitur, adeo ut si aliquid de novo intentatum fuerit, Exceptio confessionis in judicio facta objici & obstare possit. *d.l.1.C.h.t.Rosbach. in prax.civ.tit.41.n.61.*

(f) Præscriptio, quæ & usucapionem in se complectitur, bono publico introducta est, ut lites finem invenirent, *l.fin.ff.pro suo* nec rerum dominia diu sint in incerto. *l.1.ff.de usucap.* & verum, plenum justum & perfectum sive absolutum dominium alicui adjicit. *l.4.in fin.C.de præscript.30.& 40.ann.l.8.C.eod.l.3.ff.de usucap.l.17.in fin.ff. de R.J.Donel.lib.5.comm.cap.29 ibiq; Hilliger.in not.lit.A.* Quapropter possidens bonâ fide rem per tempus lege definitum, si fortè possessione ceciderit, Actionem etiam adversus verum dominum acquirit. Si adversus eum aliquis experiatur, hæc Exceptio ei prodita est. *l.8.in pr.C.de præscript.30.& 40. ann.* Quam cum *Zanger.p.3.c.10 n.28.* ita definimus, ut sit *liberatio ab Actione per tempus Reo legitimè quæsita.* Actionis verbum in generalissimâ significatione hic accipimus. *l.37 ff.de O & A.l.178.§.2.ff.de V.S.* Liberationem autem hanc per tempus oportet esse quæsitam. Ex lapsu enim temporis hæc Exceptio nata est. *l.1 C.de præscript.long.temp.* Nec hoc tantum sufficit, sed & legitimè, h.e. secundum leges atq; requisita, quæ volunt, ut certæ res concurrant, sine quibus præscriptio non procedit, hoc factum fuisse exigitur. Requisita verò ad præscriptionem necessaria vulgo quinq; recensentur. 1. Bona fides. *pr.tit.J.de usucap.l.10.l.27.ff.eod.Berlich p.2.Conclus.3.n.21.* ut nimirum eum à quo rem accepit, putaverit dominum esse, vel saltem alienandi jus habere. *l.109.ff.de V.S.* Quæ bona fides in dubio non præsumitur, sed probanda venit, *l.ult.C.unde vi.Fachin.lib.8. controvers.cap.32.Forster.Jun.de domin.cap.9.n.217.pag.341.* Sanè jure Civili sufficit bonam fidem ab initio saltem, *sc.tempore traditionis,*

fis, intervenisse: quia supervenientem rei alienæ scientiam quasi tegit & obvelat. *l 44 § 2. ff. de usucap.* In emtione singulare quid reperitur: In eâ quippe ut res emta usucapi possit ab emtore, tam conventionis sive contractus, quam traditionis tempore bonam fidem adesse oportet, *l 48 ff. h. t Wesenbec. ff pro emt. n. 3. Harprecht pr. tit J. de usucap. n. 57 & seqq.* De jure Canonico bona fides omni tempore necessaria est, etiam in præscriptione temporis immemorialis. *c. fin. x de præscript. Mynsing. lib. 4. obs. 6. Dn. Carpz. p. 2. Const. 3. def. 7. n 3.* Bona autem fides fundatur in errore facti, neutiquam in errore juris. *l 31. ff. de usucap.* Completâ sic usucapione, si scientia rei alienæ supervenerit, à jure suo is qui usucepit, recedere nô cogitur, sed securè, in foro etiã conscientiæ possidet. *Treutl. vol. 2. disp. 22 th. 6. lit. c.*

2. Justus titulus. *l. 24. C de R V. Zanger. d. l. n. 82. Berlich. p. 2. Conclus 3. n. 16.* talis sc. qui habilis ad transferendum dominium. *pr. J h. t. § 36, J. de R. D.* & vere existat, *l. 46 ff. de usucap. l. 2. ff. pro emt.* Error enim non sufficit, *d. l. 2.* nisi justissimam ejus habeat causam. *l. 44. § 4. ff. de usucap. l. 2. § 15. l. 11. ff. pro emt. Wesenbec. ff. eod. n. 5.* In præscriptione tamen *30. & 40.* annorum, ut & temporis immemorialis titulo opus non est. *l. 3. l. 4. C. de præscript. 30. & 40. ann.* ut & in præscriptione servitutum. *l. 10. ff. si servit. vindic.* in his quippe patientia domini est loco tituli. Pulchre *Bachov. in tr. de act. disp. 3 th. 6.* Hoc quæstionis est, an suus heres rem alienam in paternâ hereditate inventam titulo *pro herede* usucapere valeat? Affirmativæ subscribimus: Titulus enim pro herede generalis est, *t. t. ff. pro hered.* & omnis heres cum quo est testamenti factio, h. e. qui heres institui potest, pro herede usucapit, *l. ult. ff. pro hered.* atquin suum heredem institui posse, non dubium est. *init. & t. t. ff. de Exheredat. liber.* Insuper aperti juris est, quod suus heres possessionẽ demum post mortem patris per apprehensionem nanciscatur. *l. 23. in pr. ff. de acquir. vel amit possess.* eiq; nulla usucapio ex persona patris, sed ex personâ duntaxat suâ competere possit. *arg. l. 25. ff. de usucap. Treutler. vol. 2. disp. 22. th. 5. lit. b. ibiq; Bachov. Boccr. class. 5. disp. 22. th. 21.*

3. Res *non vitiosæ*, sed tales quæ usucapi possunt. Aliarum verò rerum quæ usucapi vetantur, tria constituimus genera. Primum est earum *quæ omnem possessionem respuunt*, ut sunt res partim incorporales, partim corporales. Res *incorporales*, ut puta servitutes, cum

cum vevera posſideri nequeant, *l.3.ff.de acquir.vel amitt poſseſs. l. 4ı §. 27 ff.de uſucap.* olim per ſe uſucapi non poterant. *l. 10. §. 1 ff.eod.* utilitatis tamen gratiâ receptum eſt, ut longo tempore uſuq; diuturno, inſtar rerum immobilium acquirantur.*l.10.ff.ſi ſervit.vindic. l 2.C.de ſervit. l.ult.C de præſcript. long. temp.* Res *corporales* vel naturâ, vel diſpoſitione juris posſideri nequeunt, adeoq; uſucapi nullo modo poterunt. *Naturâ :* e.g. ſi agri occupentur â mari vel flumine. *Diſpoſitione juris :* ſi res hominum commerciis ſint exemtæ, ut liber homo, res Sacra Sancta & religioſa. *§. 1. J. l. 9. ff. de uſucap.* Secundum genus eſt earum rerum, quæ alienari *lege* prohibentur. Hujus generis ſunt res pupilli maximè immobiles. *l. 1. & t. t. ff. de reb eor. qui ſub tutel. &c.* fundus dotalis *l.16 ff.de fund.dotal.* Tertium genus eſt earum rerum, quæ *nominatim* lege, vel *conſtitutione* uſucapi prohibentur. Hujus generis ſunt res furtivæ & vi posſeſsæ. Illarum ſiquidem Lex *12.*tabularum, & Lex Atilia, harum vero Lex Julia & Plautia, uſucapionem ſpecialiter inhibent. *§ 2.J.l.4.§.6. ff.de uſucap.* 4. Rei *traditio* voluntate Autoris facta. Non enim nudis pactis, ſed traditionibus rerum dominia tranferuntur. *l. 20. C.de pact.* voluntate autem Autoris res tradita cenſetur, ſi vel ipſe nobis volentibus ejus adipiſcendæ faciat poteſtatem. *l. 34. ff. de acquir. vel amitt. posſeſs.* vel alicui id mandaverit, *l. 33. ff. eod.* vel ſciente & patiente eo rem posſederimus *l 2. C.de acquir. & retinend. posſeſſ.* 5. Poſseſſionis *continuatio.* Poſſeſſio caput ac fundamentum præſcriptionis vel uſucapionis eſt, adeoq; ſine ea contingere non poteſt. *l. 25. ff.de uſucap. l.3. de R. J. in 6.* Quo ad hunc tractatum posſeſſionem ita definimus cum *Weſenbec.ff.de acquir.& amitt.posſeſs.n.2.* ut ſit rei corporalis detentio, cum affectione ſeu animo posſidendi. Niſi enim quis rem teneat. *h.e.* nuturaliter & corporaliter posſeſſioni inſiſtat, posſideri non dicitur, *l. 1. in pr. ff. de acquir. & amitt. posſeſs.* modò posſeſſio illa *juſta* ſit. quid autem ſit juſta posſeſſio declarat, *Zanger. d.l.n.60. & ſeqq. Berlich.p.2.Conclus. 3.n 19.* Non tamen opus eſt ut perpetuò quis inſiſtat poſſeſſioni naturaliter, ſed ſufficit ſi ab initio rem corpore teneat, poſſeſſio enim ſemel quæſita animo retinetur. *l.4.C. de acquir. poſſeſs.* Hoc inſuper requiritur, ut *affectione* ſeu animo *dominantis* posſeſſio teneatur. Quapropter creditor in pignore *l. 15. §. 2. ff. quis ſatisdar.*

aog. l. 13. ff. de usucap. colonus inquilinus, *l. 33. §. 1. ff. eod.* usufructuarius. *l. 10. §. fin. ff. de A, R. D. &c.* usucapere non possunt. Tandem & possessionem *continuam* esse oportet, nam si interrupta fuerit, usucapio non procedit. *l. 3. ff. de usucap. Dn. Carpzov p. 2. const. 3. def. 26.* inter emtorem tamen & venditorem, *§. 8. J. de usucap.* ut & inter defunctum & heredem, *§. 7. J. eod.* tempora communicari placuit. *Dn. Carpzov. p. 2. Const. 5. def. 17.* Circa continuationem porro possessionis subjiciendum aliquid erit de legitimo & continuo tempore, quod uniforme non est, sed secundum naturam & species præscriptionis variatur. Prima igitur præscriptio est *triennii*, qua res mobiles tam Ecclesiæ quam privatorum acquiruntur, idq; tam de jure Canonico quam Civili. *Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. c. 15. §. quas actiones. caus. 16. q. 3.* Altera præscriptio est *quadriennii*, quâ res fisci vacantes præscribuntur. *§. 6. J. de usucap.* Tertia præscriptio est, *decennii* inter præsentes, *vicenii* inter absentes, qua res immobiles, sive corporales sive incorporales, ut puta servitutes omnes, præscribuntur. *l. ult. C. de præscript. long. temp.* Viginti quoq; annis actiones criminales seu accusationes tolluntur. *l. 12. C. ad L. Cornel. de fals. Gedd. ad. l. 131. §. 1. n. 10. & seq. ff. de V. S.* nisi brevius fatale quibusdam specialitèr â legibus sit definitum. Sic actio de dolo *biennio* terminatur, *l. fin. C. de dol. mal.* actio injuriarum criminaliter intentata, instar civilis, *anno* finitur. *l. 5. C. de injur.* adulterii accusatio post *quinquennium* terminatur, *l. 29. §. 5. & seqq. ff. ad L. Jul. de adult. l. 5. C. eod.* Jure Saxonico quinquennalis hæc adulterii præscriptio sublata est. *p. 4. Const. 19. in fin.* quod intelligendum de adulterio duplicato, non simplici, *Dn. Carpzov. ibid. def. 13.* Quarta præscriptio est *longissimi temporis*, *30. & 40.* annorum. *t. t. C. de præscript. 30. vel 40. ann.* quâ præscribuntur res immobiles sine titulo & bonâ fide, ita ut res furtivæ vi possessæ & similes 30. annis præscribantur, *l. 1. §. 1. C. de annal. præscript. Wesenbec. ff. de usucap. n. 8. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 3. def. 16.* Item omnes omnino actiones, *d. l. 1. §. 1. C. de annal. præscript.* quibusdam lege specialitèr exceptis, *t. t. J. de perpet. & tempor act.* Jurisdictio, *c. 15. c. 18. X. de præscript. Wesenbec. ff. de jurisdict. n. 9.* Incidit hic quæstio, an is qui unum actum alicujus jurisdictionis præscripsit, cæteros quoq; qui ejusdem generis sunt præscriptione quæsivisse intelligatur, *Aff.*

vid. We-

vid. Wesenbec. ff. d. l. n. 12. De eo quoq; dubitatur, nunquid per præscriptionem jurisdictio privative an cumulativè acquiratur? Respondemus quod privativè. *Coler. in tr. de process. execut. p. 2. c. 1. n. 158. Berlich. p. 1. conclus. 2. n. 32.* Hoc singulariter tenendum: annuis reditibus sive pensionibus, *l. 7. §. 6. C. de præscript. 30. vel 40. ann. Minsinger cent. 3. obs 13. Gail. lib. 2. obs. 73. n. 1. Berlicb. p. 2. Conclus. 4.* Juri luendi pignoris, *l. 11. ff. de usucap. Zanger. p. 3. c. 10. n. 190. Mynsinger. cent. 1. obs. 16. Gail. lib. 2. obs. 18. Hilliger. ad Donel. lib. 5. c. ult. lit. K. Berlicb. p. 2. Conclus. 3 n. 6. & seq.* & pacto de retrovehdendo, *l. 31. § 22. ff. de ædilic. edict. L 2, C. de pact. inter emtor & vendit. Gomez. lib. 2. var resolut. c. 2. n. 28. Fachin. lib. 2. controvers. c. 13. Berlicb. p. 2. Conclus. 2. n. 80 & seq. Koppen. decis 1. n 1. & seqq.* nisi intra certum tempus fuerit conceptum, *arg. d. l 2. C. de pact. inter emtor. & vendit. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 1. def. 8.* nullo modo præscribi. Quinta præscriptio est *centum annorum.* quâ licet multi ex Interpretibus res Ecclesiarum & civitatum præscribi putent, *arg. Nov. 9. & Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles.* hoc tamen postea correctum & constituum est, ut omnes res Ecclesiarum atq; civitatum (quatuor casibus in *l. 23. C de SS. Eccles.* exceptis) indistincte quadraginta annis præscribantur. *Nov. 111. Nov. 131. c. 6. c. 3. caus 16. q. 4. Donel. lib. 5. comm. c. ult. Bocer. class. 5. disp. 22. th. 54. lit. b. Berlicb. p. 2. Conclus. 8. Dn. Carpzov p 2. Const 3. def. 4. n. 3.* Quod ipsum proptèr identitatem rationis *Nov. 111.* ad Romanam quoq; Ecclesiam extendimus. *Bachov. ad Treuler. vol. 2. disp. 22. th. 4. lit. L. & M.* Sexta præscriptio dicitur *Immemorialis* quâ vectigalia, regalia & Principi reservata in signum præeminētiæ, acquiruntur, *Gail. lib. 1. obs 21. n. 15. Zanger. d. l. n. 183. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 3 def 24.* Et hæc ita obtinent de jure civili. De *jure Saxonico* duæ tantum dantur præscriptionum species, altera quâ *res mobiles*, altera quâ immobiles & incorporales præscribuntur. *Berlicb. p. 2. Conclus. 8. n. 17. Dn. Carpzov. p. 2 Const. 3. def. 3.* Prior est *annalis*, quâ res mobiles spacio unius anni & sex septimanarum. Weichbildt *art 21 gloss. in* Weichbildt *art 4. ib* Jahr und tag. *Dn. Carpzov. p. 2. Const 3. def 9.* Posterior est *tricennalis cum anno & die*, quâ præscribantur res *immobiles* indistinctè, tam inter præsentes quā absentes *art. 39. lib. 1. & ibi gloss* & extenditur ad jura incorporalia & servitutes, *Zanger. d. l. n. 220. Dn. Carpzov. d. l. def. 3. in fin.* Restat ut videamus

mus

mus quomodo præscriptio interrumpatur: Est autem *interruptio* actus quidam, quo cæptæ usucapionis continuatio interpellatur. *l.10.,C.de acquir.possess. Wesenbec.ff.de usucap.n.15.* Dividitur in naturalem & civilem. Interruptio *naturalis* est, quâ possessio naturaliter, h. e. aliquo naturali facto & re ipsâ, non fictione interrumpitur. Effectus hujus interruptionis est, ut nobis reversis possessio amissa ad usucapionem implendam minimè restituatur, *l.15.in pr.ff.de usucap.* Interruptio *Civilis* est, quæ per actum civilem expeditur. *Wesenbec.ff.d.l.* puta citationem judicialem & extrajudicialem, libelli oblationem, litis contestationem & sententiam definitivam. An verò hæc omnia conjunctim requirantur, an unum ex illis sufficiat, quæstionis est? Nos cum *Berlichio p.2.Conclus.9.n.22.& seqq.* controversiam distinctione dirimemus. Aut enim quærimus de præscriptione *favorabili* illâ *triennali*, quę versatur circa res mobiles, & illa neq; citatione extrajudiciali, *l.13.ff.proemtor.* neq; judiciali & litis contestatione interrumpitur, sed insuper requiritur sententia definitiva, *l,2.§.21.ff.eod.Gail.lib.1.obs.74.n,22.Andr.Rauchbar.p.2.q.28.n.9.& seqq.* Aut quærimus de præscriptione *mixta* quæ est longi temporis, inter præsentes decem, inter absentes viginti annorum, tunc ad eam interrumpendam non sufficit citatio etiam judicialis, sed requiritur litis contestatio, quæ sola etiam absq; sententia sufficit. *text.in l.26.C.de R.V.Gail.d.l. Modest. Pistor. p.2.q.99.n.2.& seq.Dominic.Cardin.Tuschus.tom.6.practic.conclus lit.P. conclus.586.n.6.& seq.* Aut deniq; quærimus de præscriptione *odiosâ*, ut præscriptio longissimi temporis 30, vel 40. annorum, & hæc interrumpitur per solam citationem & conventionem *l.3, in med. vers.aut in judicio, l.7.ibi.etiam per solam.C de præscript,30.vel 40. ann. Gail.d.l. Coler. de proces. execut.p.1.c.3.n.98.* Quid obtineat de jure Saxonico, de eo consuli poterunt, *Berlich.p.2. C.9.n.37. & seqq. Dn.Carpzov p.2. Const.3.per aliq.def.* Anceps est quæstio, Nunquid ex capite *justæ ignorantiæ* detur restitutio in integrum? Negativæ subscribimus, *arg.l. 4.C. de præscript. 30.vel 40. ann. Anton. Tessaur. decis. Pedemont.134.n.10. Fachin.lib. 1. controvers.c.69.Berlich. p. 2. Conclus.10.*

(g) Nullitatis Exceptio competit non solum Reo convento, sed & Actori, toties, quoties inutilitèr aliquid in judicio factum est, *arg.*

est, *arg.l.5. C. de legib.* Opponi autem potest, non solum ante litis contestationem, sed etiam post sententiam, ad executionem impediendam, modo nullitas sit notoria, vel ex actis, vel Excipiens offerat se ad probationem statim faciendam. *l.4. §.6. ff de re judic. Gail.lib.1.obs.113 n.2 Mynsinger.cent.4.obs.64. Zanger.p.3.c.26.n.67. & seq. Coler.de process.execut.p.4.c.1.n.86. Berlich.p.1.Conclus.61.n.17. item conclus.84.n.12. Dn.Carpzov.p.1.Const.26.def.22.* De jure Saxonico intra terminum sex septimanarum & trium dierum, à die publicatæ sententiæ computandorum, præcisè est alleganda, adeò ut postmodum ejus allegatio minimè admittatur. *Ordin.Process.Elect. Sax. tit.38.* von der Nullitet *in pr. Dn.Carpzov.p.1.Const.26 def.21. Excellentissimus Dn. Præses. ad Ord. Judic.disp.8 th.2.*

Th. XXIV.

Item Exceptio solutionis *(a)* novationis, *(b)* delegationis *(c)* acceptilationis *(d)* satisfactionis *(e)* solennis obsignationis *(f)* compensationis *(g)* confusionis *(h)* implementi *(i)* casus insoliti *(k)*, pacti in perpetuum *(l)* divisionis *(m)*.

(a) t.t.ff. & C. de solut. Vocabulum *solutionis* in generali significatione omnem omnino liberationem quoquo modo factam comprehendit, *l.54 ff.h.t. Dn.Carpzov.p.2.Const.28.n.2* Strictè verò & propriè loquendo definiri potest solutio, Quod sit præstatio ejus pecuniæ quæ debetur. *l.49 l.79 ff.h.t. Dn.Carpzov d l.n.1.* Antequam ad Exceptionem solutionis descendamus, melioris cognitionis causâ quinq; erunt præmittenda, 1. Quis possit solvere. 2. Cui rectè solvatur. 3. Quid & quantum sit solvendum. 4. Quâ formâ. 5. Et quis solutionis sit effectus. 1. Solvere igitur possunt omnes debitores, eorumq; heredes, *arg l.62.ff.de R.J. Zanger.p.3.c.1. n.28.* quibus rerum suarum administratio non est ademta. *Treutl. vol.2.disp.29.th.2.lit.g.* Adimitur aliis propter ætatem: Aliis pro-

 pter

pter animi defectum: Aliis propter mores perditos: Aliis propter potestatem dominicam: Aliis propter reatum. Propter *ætatem* solvere nequeunt pupilli, *arg. l. 9. § 2. ff. de autor. & consens. tut. §. ult. J. quib. alien. lic. vel non.* nisi pecunia à creditore bonâ fide fuerit consumta, *l. 14. § fin. ff. de solut.* Sed quid si ex solutione autoritate tutoris factâ pupillus damnum sentiat? Debitor quidem liberatur, interim pupillo, per restitutionem in integrum succurritur, *l. 1. C. si advers. solut.* nisi decretum judicis intervenerit, *§. 2. J. quib. alien. lic. vel non. Dn. Carpzov p. 2. Const. 11. def. 45.* Diversum obtinet in *minore*: hic enim sine curatoris sui autoritate rectè solvit. *l. 1. § 14. ff. ad SCtum Trebell. l. 12. §. fin. ff. de cond. & indeb. Zanger. d. l. n. 36. & seqq.* Ob *animi defectum* solvere prohibentur furiosi: ob mores perditos prodigi: quia ut illi desipiunt animis, hi moribus, & quoad bona furiosum faciunt exitum *l. 1. in fin. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. &c.* Propter *potestatem dominicam* ex contractu, dominis insciis facto, solvere prohibentur servi. *l. 22. l. 32. ff. de R. J.* Quod limitatur, si vel liberam peculii administrationem habuerint, *l. 84. ff. de solut.* vel domini solutionem ratam habuerint *l. 66. ff. de fidejussor.* Ob *reatum* tandem non solvunt, perduellionis, læsæ majestatis & repetundarum conventi, *l. 20. ff. de accusat. Vulteius lib. 1. Jurispr. Rom. c. 53. n. 2. & seqq.* quamvis dissentiat *Zanger. d. l. n. 48. & seqq.* Qui itaq; liberam rerum habent administrationem, solvunt aut suo nomine, aut nomine alterius. *Suo nomine* qui solvunt: vel ratione debiti proprii hoc faciunt, ut omnes principales debitores, *t. t. ff. & C. de solut.* vel ratione debiti alieni in se suscepti, ut fidejussores, *l. 24. ff. b. t.* debitores delegati, *l. 12. ff. l. 5. C. de novat.* constituentes, *l. 21. § ult. ff. de constit. pecun.* Successores universales, *l. 62. ff. de R. J.* Debitor porrò ab obligatione non solum liberatur si ipse solvat, sed & si nomine ejus solvat alius. *pr. J. quib. mod. toll. oblig. l. 5. l. 17. C. de solut.* Id quod vel ex mandato fieri solet, utpote per procuratorem negociorum, *l. 87. ff. b. t.* vel ex administratione quam in bonis debitoris quis habet, utpote tutores pro pupillis, *l. 9. § 4. & 5. ff. de administrat. & peric. tut.* vel sine mandato, utpote solvit quilibet alius, pro debitore non solum sciente, sed & ignorante atq; invito, ut liberatio inde contingat. *pr. J. quib. mod. toll. oblig. l. 23. l. 40. l. 53. ff. de solut.* II. Nunc videam-

videndum *quibus* tuto ſolvatur. Et ſciendum omnibus creditoribus, eorumq; heredibus, *l.37.ff.de acquir. hered.* modò ſanæ mentis juſtæq; ætatis ſint rectè ſolvi: adeò ut ſi uni ex pluribus rei credendi ſolvatur, debitor à reliquis liberetur. *l.2.in fin.l.3.ff.de duob. reis. Zang.d.l.n.85.* Fruſtrà igitur furioſis, prodigis, pupillis ſolvitur: pupillis quidē in tãtũ, ut licet tutoris adhibita fuerit autoritas, decretũ verò judicis neglectum, debitor pupillaris per in integrum reſtitutionem à pupillis poſſit inquietari. *l.25.C.de adminiſtr. tut. vel curat §.ult.J.quib.alien.lic.vel. non.Donel.lib.16.comm.c.10. ibiq; Hilliger. lit.F.* Porro *voluntate creditoris* alii quoq; rectè ſolvi, non dubitatur. *l.4.l.12.C.de ſolut.* voluntate autem creditoris alii ſolvi intelligitur, ſive mandet creditor debitori, ut alii ſolvat, ſive cum ignorante eo ſolutum eſſet, poſtea ratum habeat. *d.d.ll.* Hæc tamen regula perpetua non eſt, ſed multas recipit fallentias, quæ videri poſſunt apud *Zanger.d.l.n.104.& ſeqq.* Imprimis verò fallit in perſona eorum qui pro creditoribus habentur. quales ſunt tutor, *l.14.§.1.3.4.5.& 6 ff.h.t.* procurator, *l.6.§.2.ff.de condict.indeb.l.12.ff.de ſolut.&c. Weſenbec.ff.hic.n.4.* III. Illud ipſum autem quod debetur ſolvendum eſt, aliud enim pro alio invito creditori ſolvi non poteſt. *l.2 §1 ff.de reb.credit l.9 §.3 ff.de pignorat.act.l.16.l.17.C.de.ſolut. pr.J quib.mod.toll oblig.* Hinc deſcendit, invito creditori neque particularem ſolutionem, *l.41.§.1.ff.de uſur.l.13.§.8.ff.de act.emt.l.31.in fin.ff.de reb.credit l.9.C.de ſolut.Gomez.lib.2.var.reſol.c.10.n.5.Hotoman. q.Illuſtr.22.Gœdd.ad l.32.n.9.ff.de V.S.Facbin. lib.10. controverſ.c.59. Treutler. vol. 2. diſp 28. th. 2. lit. b. ibiq; pulchrè Bachov. Dn. Carpz. p. 2. Conſt. 28 def.13.* neq; precium ſpeciei debitæ poſſe obtrudi. *l.2.§.1 ff de reb.credit.Weſenbec ibid.n.12.Facbin. lib. 2. controverſ.c.69.* niſi aut aliud ſingulari jure & favore cauſarum receptum ſit. *l.71.§.3.ff.de legat.1.* aut res debita ſolvi nequeat. *l.8 ff.de condict.furt.Treutl. d.l.lit.c.* Sed quid ſi pecunia numerata ſolvenda ſit, an in aliâ monetâ, quam qualem accepit, debitor ſolvere poterit. Aff. *l.1.ff.de contrah.oblig.l.99.ff de ſolut.Donell.ad l.3 ff.de reb.credit. Hackelman. diſſ.Illuſtr.9.th.4 lit.a.Molin.in tr.de uſur.q.100.n.753.* De eo porro controvertitur, an valore nummorum mutato, in reſtitutione vel tempus contractus, vel ſolutionis ſit inſpiciendum? Et non

non habitâ distinctione inter bonitatem monetæ intrinsecam vel extrinsecam mutatam, simpliciter tempus non solutionis, sed contractus esse inspiciendum respondemus. *l. 3. in fin. ff. de reb. credit. l. 99. ff. de const. pecun. Wesemb. ff. de reb. credit. n. 12. Don. d. l. n. 11. Hackelman. d. l. lit. E. Mynsing. cent. 4. obs. 1. Dn Carpz. p. 2. const. 28. def. 4. & 5. Berlich. p. 2. Concl. 35. n. 36. & Concl. 38. n. 6. & seqq.* IV. Forma solutionis potissimum in hoc consistit: ut solutio legitimo tempore, loco, modo & causâ fiat. *Tempus*, illud opportunum & constitutum censetur ex naturâ obligationis, quæ vel in diem est, vel conditionalis, vel pura. *Locus* ab initio à partibus est designatus, aut non. Si est designatus, distingvendum inter creditorem & debitorem. Creditor enim alio etiam loco quam quo convenit petere potest actione arbitrariâ, *l. 1. ff. de eo quod cert. loc.* Debitor autem regulariter invito creditore alio in loco solvere nequit. *l. 2. §. 7. l. pen. ff. eod.* Si de loco nihil convenit distingvendum an res certa sit, nec ne. Si certa est, ibi præstari debet ubi sita: sin incerta, in loco vel contractus vel domicilii. *l. 38. ff. de judic.* *Modus* solutionis in eo consistit, ut perfectè & plenè fiat, tam ratione rei solvendæ, ut res promissa præstetur integra; quam ipsius juris transferendi, ut res soluta fiat accipientis *l. 15. l. 67. ff. de solut.* & ita apud eum maneat, ne ullo jure auferri ab eo possit. *l. 167. ff. de R. J. 5. Effectus* solutionis est, ut per eam obligatio omnis, cujuscunq; etiam generis sit, ipso jure perimatur, *pr. J. quib. mod. toll. oblig.* Quapropter solutione debitoris liberatur fidejussor, *l. 43. ff. de solut.* & è contra solutio fidejussoris debitori quoque prodest, *pr. J. quib. mod. toll. oblig. l. 36. ff. de fidejussor.* Cæterum probatur solutio quandoque præsumtionibus & conjecturis, *Dn. Carpzov p. 2. Const. 29. def. 11.* minimè tamen per instrumentum penes debitorem repertum licet fuerit cancellatum, *Dn. Carpzov. d. l. def. 12.* Hisce ita præmissis statuimus, ad elidendam & perimendam actionem sufficere Reo in lite contestandâ Exceptionem hanc objicere & dicere simpliciter se adversario nihil debere, *Zang. d. l. n. 3.* Cujus oppositæ effectus est, ut & litis ingressum, *Berlich. p. 1. Concl. 18. n. 45.* & paratam executionem impediat. *Berlich. p. 1. Conclus. 84. n. 26.*

(*b*) Novatio est prioris debiti in aliam novam obligationem, vel

vel civilem vel naturalem, transfusio atq; translatio: h. e. cum ex præcedente ita nova constituitur, ut prior perimatur, *l. 1. l. 9. ff. de novat. Wesenbec. ff. eod. n. 2.* Duplex perhibetur: Alia voluntaria, quæ fit stipulationibus; Alia necessaria, quam inducit litis contestatio, *l 29 ff. h. t. Treutler. vol. 2. disp. 29 th 5. lit. d. & g.* Causa efficiens est aut litis contestatio, aut voluntas contrahentium verbis declarata: modo adultæ personæ sint & sui juris. Quapropter in potestate aliena constituti, e. g. pupilli, *l. 20 §. 1. ff. h. t.* prodigi, *l. 3. ff. h. t.* filiusfamilias, *l 23 ff. h. t.* servus. *l 16 ff. h t.* frustra novare annituntur. *Wesenbec. ff. d. l n. 4.* Materialis sunt omnes omnino obligationes. *l. 2 ff. h t.* Formalis consistit in verbis, extra judicium enim per stipulationem conficitur. *l. 1 §. 1 ff. l 1. C. h. t.* Novatio autem vel fit purè, vel in diem, vel sub conditione: sed non ante conditionis eventum obligatio perfecta censetur. *l. 14. l. 31 ff. h. t.* Quam quoq; in universum tunc fieri placuit, cum hoc expressè & disertis verbis agitur, ut prior obligatio novetur. *§ 3. J. quib. mod. toll. oblig. l fin. C h t Wesenb ff eod n. 6. Schifordegher. ad Anton. Fabr. lib. 2. tr 5 q 1 & seqq Dn. Carpzov. p. 2. Const 19 def. 14. Treutler. vol. 2. disp. 29. th. 5. lit f. ibiq; Bachov. in not.* Finalis est, ut peremtâ priore obligatione, una cum accessoriis, fidejussione puta & pignoribus, *l. 18. ff. h. t.* ex secundâ is qui novavit teneatur. *Wesenbec ff. d. l n. 7.* His ita delibatis ad Exceptionem novationis progredimur, quam cum *Zanger, p. 3. c 5. in pr.* ita definimus, ut sit debitoris seu Rei, adversus intentionem creditoris seu Actoris defensio, per quam asserit, obligationem, quâ creditori obstrictus fuit, peremtam esse, & proinde nullam Actorem adversus se habere actionem, utpotè jamdudum extinctam. Competit quoq; fidejussoribus. *d. l. 18 ff h t.* Effectus ejus est ut impediat litis ingressum, *Berlich. p. 1. Conclus. 18. n. 46.* & paratæ executioni queat opponi. *Berlich p. 1. Conclus. 84. n 30.* Illâ porro, uti & aliis ipso jure actiones elidentibus, allegatâ & probatâ, Judicis partes erunt, Reum debitorem ab intentione Actoris, tanquam inutiliter propositâ absolvere. *Zanger d. l n. 8.* Corollarii loco hanc annectimus quæstionem, nunquid per pœnalem stipulationé præcedens obligatio novetur? *Neg. Frantzkius. exerc. Jur. 11 q. 9.*

(c) Delegare est vice suâ alium Reum creditori, vel cui is jusserit, dare. *l. 11. ff. de novat.* Delegare quis potest, vel voce, vel scri-

scripturâ, vel nutu, *l. 17. ff. h. t.* Nihil enim aliud est quam mandare, *l. 12. ff. h. t.* qui contractus consensu constituitur. Et hoc verificatur in personâ *delegantis.* Fallit in personâ *delegati*: hic enim non modo consentire sed etiam stipulanti verbis promittere debet, *l. 1. C. h. t.* Stipulatione igitur opus est, quia hæc conventio in nullum juris gentium contractum incidit, planè ut verbis civilibus sit corroboranda, *Wesenbec. ff. eod. in fin.* ex quo putamus planum evadere, illos omnes qui stipulari non possunt, delegari minimè posse, *§. 6. 7. 8. & 9 J. de inutil. stipulat.* Exceptionem porrò delegationis cum *Zanger. p 3. c. 6. in pr.* ita definimus, ut sit Rei defensio adversus intentionem creditoris comparata, per quam Reus asserit, obligationem, quâ creditori obstrictus erat, extinctam esse, & proinde Actorem nullam adversus se Actionem habere. Exceptio hæc quoq; litis ingressum impedit, *Berlich p. 1. Conclus. 18. n. 48.*

(*d*) Acceptilatio licet propriè dicendo juris Civilis sit, impropriè tamen rectè juris gentium perhibetur, ideo quod ii quoq; qui juris naturalis atq; gentium capaces tantum sunt, per eam liberentur, ut pote servus, *l. 8. §. fin. ff. acceptilat.* Definitur â *Modestino*, Quod sit liberatio, quâ utriusq; contingit ab eodem nexu liberatio, *l. 1. ff. h. t.* Dividitur in acceptilationem in specie ita dictam & Aquilianam. Acceptilatio *in specie* ita dicta perimit & tollit tantum quæ verbis contracta sunt, quia & ipsa verbis constat, *l. 8. §. 3. ff. h. t.* Aquiliana verò acceptilatio tollit atq; perimit reliquas obligationes, ex re, vel consensu, vel aliis ex causis promanantes, iis prius in formam stipulationis, quam prodidit, translatis, *§. 2. J. quib. mod. toll. oblig. l. 18. §. ff. de acceptilat.* Et licet *Dd.* ferè communitèr definitionem supra traditam ad Aquilianam saltem acceptilationem restringant, ad utramq; tamen speciem commodè eam teferri posse putamus. Priora enim verba, *per mutuam interrogationem*, non ita accipit, quasi & creditor & debitor uterq; interroget: Sed quod mutuam & subsequentem responsionem tanquam partem prioris interrogationis habere videatur. Posteriora verba, *utriusq; absolutio*, itidem nihil faciunt ad rem, dummodo meminerimus, quod interdum etiam creditor liberari dicatur, *l. 6. §. 1. ff. de negot. gest. l. 7. §. 14 ff. ad SCtum Maced*, Vult igitur

tur ICtus, per acceptilationem contingere *utriusq;*, h.e. tam debitoris quam creditoris *absolutionem* seu liberationem: ut neq; debitor amplius conveniri possit â creditore: neq; etiam creditor necesse habeat convenire debitorem. *Causa efficiens est benigna* voluntas creditoris acceptum ferentis: quam lex favens liberationibus, adprobat, & hanc liberandi formam valere jubet, unde & juris civilis actus, quod ad formam attinet, dicitur, *l.77. ff. de R. J. Wesenbec ff de acceptilat n.2.* Portò acceptum rogare illi tantummodo possunt qui debent, & acceptum facere, sive ferre & habere quibus debetur. Itaq; procurator tutor & similes, non rectè alieno nomine acceptum faciunt vel rogant, nisi novatâ priore & in personam rogantis transfusâ obligatione, *l.13. §. 10 ff. h t. Cujac. lib. 15. obs. c. 6. Donell. lib 10. comm. c.21 ibiq; Hilliger, lit. E. Gadd in tr. de contrah. & committ. stipulat. c. 12 concl. 3. n.27.* Materialis sunt obligationes. Formalis est eadem ferè quæ in stipulationibus, & traditur ab *Imp. in §. 1. J. quibus mod. toll. oblig* Finalis atq; effectus acceptilationis est, ut per eam liberatio omnimodò contingat, etiamsi pecunia non intervenerit, *l. 19. §. 1. ff. de acceptilat.* Ex acceptilatione oritur Exceptio, quæ rectè dicitur defensio Rei adversus intentionem creditoris comparata, per quam Reus asserit obligationem quâ creditori obstrictus erat, sublatam esse, ac proinde Actorem nullam adversus se habere Actionem. Competit hæc Exceptio etiam fidejussoribus, *l.2. §. 3. & 4, ff. de V. O.* & litis ingressum impedit, *Berlich. p.1. Conclus. 18. n.46.*

(*e*) Satisfactionis verbum latissimè patet, & omnem omninò debiti dissolutionem complectitur. Et licet *satisfactio* propriè loquendo solutio non sit, impropriè tamen vice solutionis cedit & pro solutione habetur, *l 6. § 1. ff quib. mod. pign. vel hypoth.* Quapropter si creditor neglecta solutione satisfactionem acceptavit, debitor Exceptionem ejus nanciscitur, per quam creditoris Actionem in totum excludit, ita ut sibi amplius agendi jus non sit, suæ enim facilitati acceptum ferat necesse est, cur satisfactionem pro solutione admiserit, *d.l. 6. §. 1. Zanger. p 3. c. 3.*

(*f*) Obsignatione pecuniæ solenniter factâ debitorem liberari in *l. 9. C. de solut.* rescriptum extat, & Exceptione hac adversus

Actio-

Actionem adversarii eundem securum esse, constat ex *l. 19. C. de usur.* Oblationem Dd. nostri duplicem faciunt, verbalem & realem sive solennem. *Verbalis* cum parum frequentetur, nos hic de reali vel solenni, quæ pecuniæ aut rei præsentiam exigit, *arg. l. 19. C. de usur.* agemus. In hâc, hæc tria ut ordine concurrant, necesse est, oblatio nimirum pecuniæ debitæ, oblatæ obsignatio, & oblatæ in locum publicum depositio. *l. 6 l. 19. C. de usur. l. 10. l fin. C. de pignorat act. l. 20 C. de pignor. Zanger p. 3. c. 2. n 2. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 28. def. 16.* Oblationis porrò quatuor præcipuè sunt leges. I. Lex est, ut *totum debitum*, sors nempe cum usuris debitis offeratur, *l. 9. C. de solut. l. 6. l. 19. C. de usur. l. ult. C. debitor. vendit. pign. imped. non poss.* II. Ut debitum offeratur *realiter*; nec enim sufficit si dicat, se paratum esse solvere: quoniam qui ita dicit nihil obtulit, *l. 82 ff. de condit. & demonstrat. Zanger. d. l. n. 50.* III. Ut offeratur *opportuno loco* & tempore, *l 39. ff. de solut. l. 122. ff. de V. O.* Unde si certus dies intuitu creditoris solutioni sit adjectus, ante adventum diei non rectè offertur. *l 43 §. 2 ff. de legat. 2 l. 15. ff. de ann. legat. Gomez lib. 2. var. resolut. c. 11 n. 22. Gerbard. decad. 16. q. 3 in fin. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 28. def. 12.* Secus si debitoris gratiâ quod in dubio præsumitur. *l. 38 §. 16 l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 70. ff. de solut. Hackelman. disp. 9. th. 9. lit. b. Gœdd. ad l. 12. § 1. n. 5. ff. de V. S. Hilliger. ad Donell lib. 16. c. 11. lit. C. Zanger. p. 3 c 1. n. 218. Riemer, decad. 11. q. 9. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 28. def. 11.* IV. Ut offeratur *testatô*, h. e. testibus præsentibus. *l. 6. l. 19. C. de usur.* Obsignationis jus simplicius est. Nam sacculus cum pecuniâ signatorum signis obsignatur. *l. 1. § 36. ff. depositi. l. fin. ff. de leg. commissor.* Depositio quoque peragi debet solenniter *in loco publico*, h. e. in ædibus sacratissimis, vel ubi competens judex ea de re aditus, pecuniam deponi jusserit, *l. 19. C. de usur. Zanger. p. 3. c. 2. n. 84.* Porro hujus solennis observationis *effectus* est insignis, tam *quoad debitorem*, quam quoad creditorem. Et quidem quo ad debitorem, 1. Effectus est, ut debitori liberatio contingant. *l 9. C. de solut.* & cursus usurarum inhibeatur, *l. 19. C. de usur. Zanger. d. l. n. 88. & seqq.* 2. Ut pignora & fidejussores liberentur. *l. 8. C. de distract. pignor. l. fin. C. de luit. pignor. l. 20. C. de pignor. l. 1. C. debitor. pignor. vendit. imped. non posse. l. 19. C. de usur. Zanger. d. l. n. 119.*

n.116.& seqq. 3. ut pecunia incipiat esse periculo creditoris. *l.72. ff. de solut. l.19. C.d. usur. Zanger. d.l.n.124. & seqq.* Effectus qui *creditorem* attinet duplex est. 1. Ut detur creditori Actio in rem adversus pecunias depositas, & quoscunque ejus pecuniæ possessores, non quidem directa sed utilis. *l.19.C.de usur. Zanger. d.l.n.140. & seqq.* 2 Ut detur creditori actio depositi adversus depositarium, non directa quæ competit debitori deponenti, *l. 1. §. 22. ff. depositi.* Sed utilis ex mente & sententia juris civilis. *arg. l. pen. in fin. C. ad exhib.* Sunt tamen nihilominus casus, in quibus vel sola oblatio, vel sola consignatio, &c. locum habeat, quos latè explicat *Zanger. d.l.n.147. & seqq.*

(g) Compensatio, quæ solutionis species est, *l.4.C.de compensat. Dn. Carpzov. p.1. Const. 8. d.1. â Modestino in l.1.ff.h.t.* definitur, Quod sit *debiti & crediti inter se facta contributio:* quâ qui convenitur, creditorem suum, eundemque debitorem petentem submovet, si paratus est solvere, *l.2.ff.h.t.* Causa efficiens compensationis est *æquitas* partim naturalis, partim civilis. *Naturalis*, quod intersit nostra potius non solvere, quam solutum repetere, *l.3. ff. h.t.* Civilis, quia compensatio ad dirimendas lites pertinet, ne fiat per plura, quod confici potest per pauciora. *Wesenbec. ff. h. t. n.3.* Compensare potest & tutor, *l.11.C.h.t.* & procurator in rem suam, *l.18 ff h t.* & quivis non prohibitus, *§. pen. J. de act. Treutler. vol.1. disp. 25. th. 10* etiam adversus fiscum. *l.46. § 4. ff de jur. fisc. Dn. Carpzov p 1. Const 8. def. 9. n. 1.* Compensantur invicem res fungibiles. *l.2 § 2. l 6. ff si cert. petat.* Quantitas ad quantitatem regulariter, *l 11. l.15. ff. de compensat. Wesembec. d.l.n.6. Dn. Carpzov. p.1. Const. 8. def. 32. n.2.* Fallentias, vide apud *Schneidewin. ad §.30. J. de act. n.35. & seqq Harprecht. ibid n.17.* Hinc fit quod in commodato & deposito compensatio non admittatur, *l 4 C. commodat. l. ult. C. de compensat. Dn. Carpz p.1 Const. 8. def. 32.* quamvis in Interdicto unde vi alia ratio obtineat. *d. l ult. in fin. ibiq; Donell. n.12. Krembergk. ad §.30. J. de act. n.39.* Quodcunq; autem debitum, sive naturale & civile simul, *d. l. ult. h.t.* sive naturale tantum, *l. 6. ff. h. t. Dn. Carpzov. p. 1. Const. 8. def. 3. Zanger. p.3. c.8. n.71.* quamvis juratum sit, *l. 4. §. pen. ff. de re judic. l.4. ff. qui potior. in pign. l.76. ff. de V.S. Harprecht. d. l. n. 19 &*

K *seq.*

seq. in compensationem deduci potest, modo non sit tale quod opposità Exceptione perimitur. *l. 14. ff b t.* Amplius & ex maleficiis compensationi locus est, *l. 39. ff solut matrim. Treutler. vol. 1. disp. 25. th. 5 l. t. a & ibid. Bachov.* Modò civiliter & ad pœnam pecuniariam agatur. *l. 10. §. 2. ff de compensat. Wesenbec ff. b. t. n. 4.* Unde injuria verbales defensionis causâ compensari poterunt. *Treutler Bachov. ut & Hunn d l. lit c.* Forma in eo consistit, ut debitum sit purum, *l. 7 ff. b. t.* & insuper quoq; liquidum, *l. fi: C b. t.* Liquidi enim ad illiquidum non valet compensatio. *Dn. Carpzov p. 1. Const 8. def. 5 n. 1. Item, p. 2. Const. 25 def 17. n 9.* Etsi autem compensatio omnibus judiciis ipso jure insit. *l. 4. l fin. C. b. t.* verius tamen est factum hominis idcircò non excludi, *l. 2 ff. l fin. §. 1. C. b t.* pulchrè *Wesenbec ff. b. t. n. 8.* Finis est, ut præcidantur occasiones litium. *Wesenbec. d l. n. 9.* Exceptio itaque compensationis in *For. Sax.* allegata, in continenti, h. e. intra 6. Septimanas & 3. dies probanda est. *Dn. Carpzov. p. 1. Const 8. def. 13.* Contra instrumenta quæ paratam habent executionem validè opponitur, *Dn. Carpzov. d l. def. 12.* Neque saltem post litem contestatam, sed & post sententiam in ipsâ executione potest opponi. *l. 2. C. b. t. Treutler. d. l. th. 11. lit. d. Dn. Carpzov. d. l. def. 6.*

(*b*) Confusio est concursus debiti & crediti in eandem personam. *Zanger. p. 3. c. 9. n. 2* Fit autem hic concursus plerunque aditione hereditatis debitoris, si eam adeat creditor; vel aditione hereditatis creditoris, si eam adeat debitor, vel aditione hereditatis utriusque, si utramq; adeat tertius quidam, etiam fiscus. *l. 34. §. 8. l. 95 § 2. ff. de solut. l. 58. ff ad SCtum Trebell.* Sciendum tamen, non fieri confusionem actionum in totum, sed pro eâ parte, pro quâ defuncto succeditur. *l. 14. C. de R. V* Ex quo elicitur, in reliquo salvas manere coheredibus, & in coheredes *l. 7. C. de negot gest l. 50. ff. de fide jussor. Zanger. d l. n 4* Confusio hæc fidejussoribus quoq; proficit, *Donell. lib. 16 comm. c. 4.* Speciale est in casu *l 41. §. 2. ff. de evict.* Effectus confusionis non minor est quam solutionis; ut enim solutio sic & confusio ipso jure tollit obligationem atq; actionem. *l. 5 C. de heredit. act l. 21 § 1. ff. de liberat. legat.* Etsi autem confusione tollatur obligatio, is tamen in cujus personam fit concursus debiti &

ti & crediti, si res ei sit cum alio, rectè utitur ejus debiti & crediti computatione, retentione, deductione & reputatione. *Zanger. d. l. n. 25. & seqq.*

(i) Exceptio hæc est impeditiva litis ingressus, *Berlich. p. 1. Conclus. 18. n. 47.* & competit toties, quoties negotiis ultrò citroq; gestis ab alterutrâ parte, quæ agit, aliquid implendum est. Exempla vid. apud *Zanger. p. 3. c. 22 per tot.* Huc pertinet Exceptio *non soluti canonis.* Si enim Emphyteuta contra dominum agat, ad restitutionem fundi Emphyteutici, non dubitatur, quin dominus rectè excipiat, Emphyteutam canonem non solvisse, adeoque à suâ parte contractum non adimplevisse. Datur enim domino ob non solutum canonem Actio, *l. 2. C. de jur. Emphyteut. & ibi Dd. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 38. def. 17. n. 1.* multò magis Exceptio ei dari debet. *c. 71. de R. J. in 6. Zanger. d. l. Coler. de process. execut. p. 4. c. 1. n. 105.* Exceptio quoque hæc paratam executionem impedit. *Berlich. p. 1. Conclus. 84. n. 20.*

(k) Si quis pacto, quamvis generali, casus fortuitos in se susceperit, quin de iisdem teneatur dubium nullum est *l. 9. §. 2. ff. locat. l. 7. § 15. ff. de pact. l. 39. ff. mandat.* Verum de eo controvertitur, nunquid conventione illa generali contineantur insoliti? Affirmamus, *arg. l. 9. §. 2. ff. locat. l. 78. §. fin. ff. de contrah. vendit. Fachin. lib. 1. contr. c. 86. Bachov. ad Treutler. vol. 1. disp. 29. th. 6. lit. H.* Qui autem sint casus fortuiti vel insoliti, arbitrio judicis relinquimus.

(l) Ne omnino pecunia petatur, *l. 3. ff. de except. §. 3. §. 9. J. eod.* Accommodatur hæc Exceptio non tantum debitori, sed etiam ejus heredibus & fidejussoribus. *l. fin. ff. de pact.* adversus creditorem ejusque heredem petentem: dummodo pactum generaliter in rem fuerit conceptum: Quod si pactum fuerit personale, heredibus prodesse non debet: cum persona adjiciatur ad ostendendum, cum quo pactum factum sit. *l. 7. §. 8. ff. de pact. l. 40. l. 57. in fin. ff. eod. Donell. lib. 22. comm. c. 4.* præsertim quando adjecta est dictio taxativa, *duntaxat, solum*, aut similis, *l. 8. §. 3. ff. de liberat. legat.* Tametsi in dubio pactum de non petendo reale censeatur. *l. 40. ff. de pact. Zanger. p. 3. cap. 15. num. 15. & seqq. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 41. def. 14. in fin.*

(m) Ex Epistola Divi Adriani plures fidejussores inter se habent beneficium hoc, ut si in Solidum conveniantur, possint opponere & petere, ut obligatio inter eos dividatur, & quilibet pro parte tantum conveniatur, *l. 10. §. 1. C. de fidejussor. Zanger. p. 3. c. 16. in pr.* Opponi potest non solum ante sed & post sententiam in ipsa executione, *Mynsinger. cent. 3. obs. 69. Berlicb. p. 1. Conclus. 79. n. 53.* quemadmodum & contrà instrumentum paratam habens executionem valide opponitur. *Gomez. lib. 2. resolut. c. 13. n. 15. Coler. in tr. de process. execut. p. 4. c. 1. n. 15. Berlicb. p. 1. Conclus. 84. n. 24. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 18. def. 4.* Datur quoq; hæc Exceptio pluribus tutoribus, qui non divisam tutelam simul administrarunt, *l. 2. C. de divid. tutel. Zanger. d. l. n. 18.* Dummodo solvendo omnes sint, *l. 1. §. 11. ff. de tutel. & rat. distrab. Wesenbec. ff. de administrat. & peric. tutor. n. 7.* Duobus autem vel pluribus correis debendi sive promittendi minimè competit, *§. 2. J. l. 2. l. 3. §. 1. l. 9. §. ult. l. fin. ff. l. 1. & 2. C. de duob. reis stip.* præterquam si mutuâ vice invicem fidejusserunt, *Auth. Hoc ita. C. d. t. Nov. 99. c. 1. Donell. ad d. Auth. Bo. er. class. 2. disp. 15. th. 79. Arumeus. Exercit. 13. th. 9. Riemer decad. 10. q. Illust. 7. Dn. Frantzk. Exercit. 10. q. 3.*

Th. XXV.

Exceptionibus peremtoriis hæc comprobata regula est: illas post litis contestationem regulariter posse opponi (a)

(a) Rectè dicitur *regulariter:* nam inveniuntur non nullæ, quæ ex Jure Canonico usuq; recepto, in vim dilatoriarum, ante litis contestationem excuti possunt atq; opponi, dummodo in continenti probentur. *Wesenbec. ff. de except. n. 10.* ut Exceptio rei judicatæ, transactionis, & aliæ, de quibus supra dictum fuit, *c. 1. & 2. de lit. contest. in 6.* Sunt insuper aliæ quæ post sententiam, ad impediendam executionem valide objiciuntur. talis est Exceptio SCti Macedoniani atq; Velleiani, & aliæ, *l. 11. ff. ad SCtum Maced.* An autem ab initio sint contestandæ, quæstionis est? Distingvimus. In bonæ fidei judiciis nullâ opus est contestatione: in his enim

enim Exceptiones insunt & continentur, *l. 3. ff. de rescind. vendit. l. 84. §. 5 ff. de legat. 1. l. 58. l. ult. in fin. ff. de petit. hered. l. 21. in fin. ff. soluti matrim.* In strictis judiciis contra hoc observatur, ut non liceat pro arbitrio Exceptionem quandoq; objicere ante rem judicatam, sed eam ab initio contestari oporteat, eaq; contestatione in judicium nominatim deducere: alioqui postea frustrà objiciatur, *l. 8 l. 9. C. de except. l. 9. C. de præscript. long. tempor. Zanger. p. 3. c. 26. n. 29. & seqq. Bocer. class. 6. disp. 12. th. 78. & 79.*

Th. XXVI

Rursus respectu finis & effectus omnis Exceptio in realem & personalem dividi potest. Omnis enim Exceptio vel certis demum personis (*a*) vel omnibus conventis prodest (*b*)

(*a*) *Text. in l. 7 ff. de except.* Cujusmodi est *Exceptio competentiæ*, quæ nullis aliis quam iis qui in id tantum quod facere possunt condemnari solent, competit, *Umm. in process. judic. disp. 8. n. 52.*

(*b*) *d. l. 7 & ibi Dd. comm.* Cujus generis sunt pleræq; obligationes, & obid tam heredibus quam fidejussoribus prosunt. Forma proponendarum Exceptionum ex supra dictis patet.

Th. XXVII.

Proprium Exceptionum est, quod regulariter omnes sint perpetuæ (*a*) quod numero plures etiam contrariæ allegari possint (*b*).

(*a*) *l. 5 l. 6. C. de except. l. 5. §. ult. ff. de dol. except.* Fallentias vide apud *Umm. in process. judic. disp. 8. th. u. n. 66.*

(*b*) *l. 5 l. 8 ff. de except.* modo in facto sint compatibiles, *Zanger. p. 3. c. 26. n. 336.*

Th. XXVIII.

Finis Exceptionum in genere est Rei de-

fensio (a) in specie vero judicii sive ad tempus sive in perpetuum exclusio (b) Effectus varius, (c)

(a) *l. 11. C. de except.*

(b) *l. 2. §. 2. l. 3. ff. de except.* Quod exactius ex qualibet Exceptionis specie deprehendere licet.

(c) De quo vide *Umm. in process. judic. disp. 8. th. 11.* An autem Exceptio litis contestationem inducat, quæstionis est? *Neg. vid. Umm. d. l. disp. 12. th. 4. n. 15.*

Soli Deo Gloria.

Ad Præstantissimum & Eruditissimum
Juvenem Virum,

DN. SAMUELEM RITTERUM,

Juris Candidatum Clarissimum.

Qui corde puro amat Deum,
Et jura tractat dexterè.
Is gratus est Deo suo,
Acceptus & cunctis bonis.
Utrumq; dum rectè facis,
RITTERE solertissime,
Places DEO, & Vir optimus
Laudaris & Clarissimus,

Jacobus Martini SS. Th. D.
Professor Primarius
Senior &c.

Ad

Ad Clarissimum

Dn. SAMUELEM RITTERUM,

pro LICENTIA Disputantem.

RITTERE *eximij proles generosa Parentis*
Exemplumq; tui cui Sancta oracula legum
Justa Dice, clarasq; fori Themis induit artes
Præsidium non molle reis, pete latus honorem,
Et nunc vince tuum. patet ex optata palæstra,
Jam nunc, ecce, tibi titulosq; & grandia spondet
Nomina, quæ patrias ausint trans cendere laudes,
Et Soceri tentare decus, quem fama per orbem,
Quà patet, illustrem meritis invicta celebrat.

Augustus Buchnerus.

Ad Clarissimum

Dn. SAMUELEM RITTERUM,

J. U. Candidatum, commensa
lem amicissimum.

Sacris Themistos sat datum, sat arduus
Rittere, nisus hausit, & vis IngenI,
Sancita legum; quicquid æqui, Codicis
Volumina exhibent, & ampla civici
Decreta juris imperant, quicquid stijlo
Digesta, terso suggerunt capax tenet
Pectus, nec ullis frangitur duri minis.
Sic nempe non è nobili famã Patris
Captare laudes degener gestis, tuas.
Sed ipse curas corde pervigiles rotas,
Summumq; culmen petere, quò mens ignea
Emergere ardet, pergis impigro gradu.
Testatur istud scripta disquisitio

Quæ

Quæ, ſe tueri, Juſta quo poſſit modo,
Exceptio, monſtrat bonâ prorſus fide,
Damnatq; ſi qua Legibus fucum facit
Fallax, verendis. Jure virtutes manent
Brabêa tantas; ergò quos ferunt, cape,
Themiſtis ampli Antiſtites, titulos Tibi.
Laborioſis auſibus tandem datur
Sic æqua merces, quam ſequitor ingens ſalus.

M. Elias Rehbold,
Torg.